[BIBLIOTECA NAZ]IONALE VITT. EMANUELE
8
34 G
22
ROMA

Libreria di
✝
P. A.
S. Carlo a Catinari

GVILIELMI SOONI VANTESDENI AVDITOR, SIVE POMPONIVS MELA DISPVTATOR,

DE SITV ORBIS.

Præfatio Authoris conſilium & inſtitutum, operis vtilitatem & ordinem indicabit.

Adiecti ſunt ad finem orbis terrarum, noui Incolæ.

Cum præfatione præfixa, qua nominis ratio, & rei totius vſus explicatur.



Bi. Hot. S.ti Pauli in Columna

COLONIAE AGRIPPINAE,

Apud Ioannem Birckmannum. Anno M. D. LXXII.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

BIBLIOT. COLLEG. SS. BLASII & CAROLI
P A

PRAEFATIO AV-
TORIS.

POmponium Melam tanquã ſi ex mortuis in vitã poſt multa ſecula reuocaſſem, qui nobis ſapientiæ ſuæ oracula ederet, ſic ei auditorem, qui ſingula, de quibus dubitaret, ſciſcitaretur, appoſui & affinxi. Hunc meo nomine Guilielmum appellaui: illum autem iſtius diſciplinæ doctorem feci, Pomponiumq́; quo notus eſt nomine, vocaui. Diſputatorem autem idcirco cognominaui, quòd mutato inſtituto ſuo, quæ antea legẽti lentius narrarat, ea nunc quærenti neruoſius reſpondeat. Putabã enim quod mihi, cùm eadem ſæpius legerem & relegerem, neque tamẽ intelligerem, eueniret, idem cæteris quoque vſuuenire potuiſſe. Eſt enim & oratiõe ita preſſus & ſubtilis, vt niſi in ſingulis inſiſtas, intelligere non poſſis & tanta rerum copia, varietate & multitudine refertus, vt niſi ea particulatim percipias, nihil colligas. Hac autem ratione vtrique rei proſpectum eſſe cogitabam, nam & quærendo quæ latebat in ſingulis prope verbis difficultas, eruitur & explicatur, & ita in-

ſiſtitur, vt auulſa à reliquis, facilè reportes, quæ cohærentia difficilius ferre potuiſſes. Cuius enim memoria tanta rerum multitudo cuſtodiri, cuius manu tanta moles comprehēdi, cuius viribus ſuſtineri, niſi per partes poteſt? Qui enim nimis auidè, nimis multa ſimul amplectitur, næ is parum comprehendit. Quem tamen mihi laborem minus neceſſarium fore putaſſem, ſi Ioachimus Vadianus & Ioannes Oliuarius diſcentium ſtudia ſuis commentationibus ſatis adiuuiſſent, ſed cùm alter non multum, alter parum lucis obſcuritati rerum afferret (quantum quidem ſentire potui, cùm diligentiſſimè opem vndique cōquirerem) & alter multa promiſcuè congereret, alter pauciora, & ea tamen, quæ dubitantem lectorem rarò ſubleuarent, vterque autem, quod hominibus paulò doctioribus facilimum eſt, aperta multis verbis, obſcuriora multo ſilentio tractarent, & interdum, quæ corrigere vellent, deprauarent, non modò non retardari me, quò minus hunc laborem caperem, ſed etiam incitari putabam. Nec tamen impedio, ſi cui ita videatur, quò minus eorum opera vtatur, imò facilè patior, vt & ea, quæ diximus, re ipſa expertus, vera comprobet,

& quia

& quia cùm in omnibus negotijs, tùm in literis complurium adhibere conſilia non eſt inutile. Noſtra autem induſtria in eo cernitur, quod cùm nihil ferè ex autoris oratione, ordine, ſtylo, verbis mutauerimus, aut loco ſuo mouerimus, niſi ſi quando neceſſitas id poſtularet, tamen alium fecerimus: & cùm alium fecerimus, tamen ne nomen quidem ipſum mutauerimus. Quicquid autem præſtitimus, neque enim nobis tam facilè eſt, quàm alijs, iudicare, allaborauimus certè, vt omnia clariora faceremus, neque vllum locum prætermiſimus, quem non excuſſerimus. Hoc autem in me ipſo expertus confirmare poſſum, magis alacrem, magis illuſtrem, iucundam magis, & minus moleſtam homini ſtudioſo lectionem, quàm antea fuerat, viſum iri, quemadmodum ea ſolent, quæ cum alijs ſociati, quàm quæ ſoli facimus. Deinde ordo ipſe, interualla, ſitus, formæ locorum, regionum, illuſtrium rerum, eminent, extant, apparent magis, tanquam ea, quæ ab auditore palam proferuntur & in medium adducuntur, vt ſeorſim ſpectentur. Quæ multò iucundiora ad ſenſum, ad intelligendum apertiora, & ad memoriam

firmiora fieri neceſſe eſt, quam cùm eadem recondita, conferta, & conſtructa eſſent. Semper enim quæ latebant, eruit & in lucem profert, quæ difficiliora videbantur, vt explicentur, quærit, quæ narratione longiora præcidit, vt per partes auferantur facilius. Hoc enim eius munus eſt proprium, hoc ei aſſignatum officiũ.

Itaque ſperare mihi videor cauſas eas, quæ à legendo optimo ſcriptore pleroſque auertebant, & ad recentiorum (quos ego non reprehendo, ſed cum hoc nullo modo comparo, quod nec ipſos, ſi viuerent et intereſſent, ægrè laturos puto) lectionem transferebãt, omnibus ademptas eſſe, & illi ſuum honorem redditum, & locum reſtitutum. Quis enim aut tam tardi eſt ingenij, vt ex riuulis potius haurire velit, cùm eadem ex fontibus ipſis petere poſſit, aut tam horridus & incultus, vt elegantem ſcriptorem & politum repudiare velit, cùm eadem aliunde diſcere non recuſet, aut tam diſſolutus, vt confuſa potius omnia arripere malit, quã ea, quæ optimo ordine tradita ſunt, accipere, aut poſtremò tam alienus ab omni doctrina, vt eadem munera à melioribus autoribus et nobilioribus profecta reſpuat & reijciat, quæ à deterioribus & obſcurioribus, libenter percipiat. Hic autem & antiquiſſimus eſt ſcriptor & eloquẽtiſſi-

tiſſimus & ordine aptiſſimus, omnium poſtremò, qui hoc argumentum tractarunt, doctiſſimus. Annos ad Claudij Imperatoris tempora refert. Eloquentiæ vis in eo perſpicitur, quod quæ conſtāt ferè ex locorum gentiumq́ nominibus & tanquam nomenclaturis ita orationis luminibus illuſtrauit, quæ impedita ſunt, ita expediuit, perplexa ita patefecit, vt quēuis non ſtupidiſſimum admiratione non mediocri capere poſſint. Quis pictor in pingenda, quàm hic in deſcribenda Aſiæ & Europæ forma illuſtrior? Quarū ſinus & promontoria et interualla omnia eo artificio deſcribit, vt ſi cartæ omnes interijſſent, ex eius tamen ſcriptis effingi nouæ poſſent, itaq́ vt nō ipſe cū ſcriberet, oculis ſuis cartas luſtraſſe, ſed pictorib. quemadmodum ea, quæ ipſe doceret, picturis ſpectanda populo proponerent, tradidiſſe videatur. Quæ ego quidem, vt quod ſentio vere dicam, legens ita afficior interdum, vt non mente ſolum cōcipere, ſed etiam oculis vſurpare et manu cōtrectare videar. Itaq́ ſatiari delectatione non poſſum. Quis quæſo alius ſpecum illum Corycium, qui in Cilicia ſeſe oſtēdit, pari arte deſcribere poſſet? Primum quidem ingenium eius. Quòd grandi hiatu patet. Quòd montem littori appoſitum & decem ſtadiorū cliuo ſatis

arduũ ex ſummo ſtatim vertice aperit. Quòd alte demiſſus eſt, & quantò demittitur, amplior. Quòd viret lucis pubentibus vndique, & totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur. Tum formam, quòd vnus in eum deſcenſus & quidem anguſtus, aſper, quingentorum & mille paſſuum. Quòd eatur per amænas vmbras & opaca ſylua quiddam agreſte reſonantis, riuis hinc & illinc fluitantibus. Quòd, vbi ad ima peruentum eſt, ſpecus alter aperitur, ob alia dicendus. Quòd terreat ingredientes ſonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantium. Huius autem formam eam eſſe, vt aliquandiu perſpicuus ſit, mox & quò magis ſubitur, obſcurior. Vt ducat auſos penitus, alteque quaſi cuniculo admittat. Vt, cùm eò perueneris, ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens tantummodo ſe oſtendat, & vbi magnum impetum breui alueo traxerit, iterũ abſcondatur. Vt intra ſpacium ſit magis, quàm vt quiſquam progredi auſit, horribile, & ideo incognitum. Quàm autem admirabilis eſt Labyrinthi Ægyptij deſcriptio? Primũ quòd Pſammetici opus ſit, quòd domos mille & Regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplectatur, quòd marmore extructus ac tectus ſit. Iam formam eam eſſe,

eſſe, quòd vnum in ſe deſcenſum habeat, intus penè innumerabiles vias, & eas quidem ancipites, cauſam autem eſſe multas ambages, hùc & illuc remeantes continuo anfractu, & ſepè reuocatis porticibus. Porticuum autem eam eſſe rationem, vt ſubinde alium ſuper alios orbem agant, & ſubinde tantũ redeat flexus, quantum proceſſerat. Infinitaq; alia, quæ omnibus locis occurrunt, quæ non tam mirere talia eſſe, quanquam ſint admirabiliſſima, quàm iſto modo ſcriptura vlla ſub oculos ſubyci potuiſſe. Iam verò ordine ipſo quid accommodatius cogitari potuit? Conſcende enim, ſi placet, nauem ad Gades & fretum Herculeum, curſum tene per Mauritaniam, Numidiam, Africam, Cyrenaicam, Ægyptum, Arabiam, Syriam, Cyliciam, Pamphiliam, Lyciam, Cariam, Aſiam minorem, Pythiniam, Pontũ, Meotida, Thanaim, deniq; q̃ lõge verſus arcticum nauigari poteſt. Huc cùm proſpero flatu peruectus fueris, mutata velificatione, ea, quæ ſiniſtro latere Thanaim innauiganti appoſita erant ſimili ratione qua anteà dextera perſpexiſti, luſtrato. Scythiã ſcilicet, Europæam, Thraciã, Macedoniam, Epyrũ, Illyriũ, Italiã, Galliam, Hiſpaniã. Ita eò reductus tandẽ, vnde ſoluiſti, egredere fretum, ſequere

ea,quæ exeuntibus dextera ſunt. Hic extimã Galliarum oram. Hic Germaniam, Sarmatiam. Scythiã Aſiaticam præternauigabis. Hic Sericam, Indiam, Arianen, Ariam, Gedroſin, Perſida, Arabiã, Æthiopiã leges. Hic Heſperidas inſulas et fortunatas: deinde rurſus Africæ populos ſpectabis, Hinantopodes, Pharuſios, Nigritas, Getulos, Mauritanos exteriores. Poſtremò ad portũ eum deductus, vnde primum terras ingreſſus, deinde egreſſus orbem circumuectus es. Hoc autem omni curſu confecto, cuius tibi perpetuus dux commonſtrator & quaſi gubernator Pomponius noſter exiſtit, & ei Guilielmus iucundus comes adiunctus, qui, quò via minus moleſta & longa videretur, homo natura ſua curioſior, cuiq; ex inſula in continentem primum ingredienti omnia peregrina videbantur. Regiones, vrbes, ſitus, formas, naturas, mores, inſtituta viuendi, ingenia, cultus omnium eorum, quos præteruehitur, perpetua diſputatione interrogat. Hac inquam nauigatione emenſa, quid eſt, quod te præterire poſſit, quid eſt, quod requiras, quid, quod deſideres amplius in hoc præclariſſimo orbis Theatro, quid eſt, quod non tã planè perſpicias, quã quicquam eorũ, quæ agi vides? Equidem non dubitabo, quod mihi iſta

ſcri-

ſcribenti in mentẽ venit, apertè dicere. Circũfero non mente & cogitatione ſolum, ſed in oculis etiam gero, & tantũ non manu palpo omnem hanc mundi machinæ præclaram fabricam & deſcriptionem. quod tibi quoque vſuuenire neceſſe eſt, ſi paulò diligentius iſta conſideraris. Atq; ex his, quæ iam diximus de doctrina, ſatis probatũ arbitror. Quis enim nõ doctiſſimus vel hæc tam apta, tam conuenientia, tam cohærentia inuenire per ſe poſſet, vel ea cũ inueniſſet, tam perſpicuè, deſertè, doctè poſteris tradere. Iam Ptolomæus exilis & ieiunus nomẽclator eſt, quia id inſtituto ſuo magis fortaſſe conuenire putabat. Strabo pro conſuetudine Græcorum paulò verboſior, non liber, ſed librorum officina potius, magnitudine ſua laborat. Hic autẽ ita ſibi in vtroque genere moderatus eſt, vt cùm alterum copia & vbertate vincat, tamẽ alterius loquacitatem fugiat. Et eorum neuter latinè ſcripſit, vt minus habeant quod latinum hominem delectare poſſit. Hic autem non latinè ſolum, ſed ita latinè, vt ſi vel Cicero in hoc genere cum eo contendiſſet, certè verendum ei magnopere fuiſſet, ne inferior in certamine diſceſſiſſet. Hanc præterea ab hoc commoditatem percipies præcipuam et ſingularem, quòd eodem tempore & quemadmodũ

olim

olim habitatus fuerit, & quomodo hodie incolatur terrarum orbis perſpicies. Veteres incolas ipſe accuratiſſimè oratiõe ſua pſecutus eſt, nouos nos ad finem adiecimus. Quocirca, ſi meis conſilijs obtemperares, magnopere tibi cẽſerem hunc comparandum, hunc colendum, huic incumbendum, hunc manibus & ſtudio terendum: præſertim ſi hoc ſtudij genere delectare, quo nullum honeſtius, nullum iucundius, nullum libero homine dignius, quod latius pateat, ad pluresq́ue pertineat, nullũ. Quid tu, cùm Terentium audis, & mulierem quandam ab hinc triẽnium ex Andro commigraſſe huic viciniæ legis, neque interea, vbi Athenæ, vbi Andros ſita ſit, quàm longè diſtent, quomodo ſe ſpectent, intelligis, quãta voluptate priuaris? Vtrum tandem hæc commentitia & ficta eſſe credis tanquam ea, quæ de Metamorphoſi Ouidius, de Repub. Plato, multiq; multa tradiderunt, an ſi vera eſſe rerum nomina putas, deſiderare te, tantam rerum ſcientiam pati potes. Quæritur apud eundem Soſia cùm Athenis Imbrum nauigaſſet, domũq; ex nauigatione rediſſet, quæritur inq̃: &, vt alias omittã miſerias, inquit, vnã hanc vide, dies triginta, aut plus eo in naui fui, cũ interea mortẽ ſemp expectabã miſer, ita vſq; aduerſa

uerſa tẽpeſtate vſi ſumus. Deniq; herculè au-ſugerim potius, quàm redeã. ſi eò mihi redeundum ſciam. & tu ſi neſcis, vtrum mari an terra iter eò fiat, vbi Imbros ſita ſit, q̃ ad mundi partem, Inſula an cõtinens, Regionis an vrbis nomen ſit, certè neceſſe eſt ea voluptate careas, q̃ maxima eſt in ſtudijs literarũ. Quis Ciceronis de officijs libros non legit? Facilè patitur is Carthaginẽ & Numantiã à Romanis funditus eſſe ſublatas. Ac nollẽ Corinthum inquit. Sed credo illos ſecutos oportunitatẽ loci maximè, ne poſſet aliquãdo ad bellũ faciendũ locus ipſe adhortari. Hoc profectò nõ intelligis, quale ſit, niſi videris Corinthũ in Iſthmo ita eſſe ſitã, vt cùm tribus è partibus mari claudatur, ne terrà quidẽ accedi poſſit ad eã, niſi arctiſſimo itinere, q́ facilè obſtrui et intercludi poſſit, cùm quinque tantùm milia paſſuum pateat. Cuius in manibus Epiſtolarum libri non verſantur? Scribit is ad Lentulũ, qui tũ Procõſul prouinciã Cyliciam adminiſtrabat, conſilium quẽadmodũ per eũ Ptol. Ægyptius reſtitui poſſit, q́ ipſe maximè cupiebat, & ſine exercitu reduci, quẽadmodũ religionum libri cauebãt. Tu, inquit, qui Cyliciã Cyprũq; tenes, et cui prope in cõſpectu Ægyptus eſt, potes pſpicere, q̃d efficere & q̃d cõſeq poſſis, & ſi res fa-

facultatẽ habitura videatur, vt Alexandriam atq; Ægyptũ tenere poſſis, eſſe id & tuæ & noſtri imperij dignitatis Ptolemaidæ, aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum claſſe atque exercitu proficiſci Alexandriam, vt cùm eam pace præſidijſqúe firmaris, Ptolemæus redeat in regnum. Hic qui Cyliciam, qui Cyprum, Alexandriam, Ægyptum, Ptolemaidem, quibus locis ſitæ ſint, quibus interuallis, quam ad mundi partem pertineant, non videt: profecto nihil eorum, quæ legit, intelligit. Licet eadem de Liuio, Polybio, Salluſtio, Cæſare, cæteriſq; hiſtoriarum ſcriptoribus ac multo quidem verius dicere & iudicare: Prætermitto, Philoſophi, iuriſconſulti, theologi niſi harum rerum ſcientiam adhibuerint, quanta in ignoratione verſentur, dicere. Neq; enim hoc ego ſuſcepi, vt ad artis huius ſtudium lectores cohortarer. Illud autem mihi propoſitum fuit, vt de inſtituto meo dicerem. Nunc ergo tempus poſtulat, vt auditorem hũc, quẽ formaui, in paleſtram educam, & cum doctore iſtius diſciplinæ cõmittam. Ab eo igitur hoc modo ſermo oritur.

MVNDI ET COELI IN PARTES QVATVOR DIVISIO.

CAPVT PRIMVM.

ORbis terræ ſitum dicere aggreſſus, quid tu nunc quæſo tanquam nos humi ſtrati nõ ea, quę in terra, ſed quæ in cœlo fiant, curare debeamus, ſic de mundo & cœlo diſputas? P. Non vides nos omnem hanc orbis terræ diſputationem ita inſtituiſſe, vt primùm quæ eius forma eſſet totius exponeremus, neque intelligis ad formam terræ pertinere, vt ambitu cœli contineatur G. Omn[illegible] gitur hoc, cui mundi cœlique nom[illegible] indidimus, quicquid id eſt, neque enim eius rei diſputatio, quod facilè intelligis, præſentis eſt inſtituti, vnum eſt Pomponi; an multa? Pomp. Vnum eſt ambitu eo, quo ſe cũctaque complectitur, G.

 parti-

partibus differt. G. Quæ ſunt igitur mundi partes? P. Oriens, Occidens, Meridies, Septentrio. G. Vnde ſumũtur iſtæ differẽtiæ? P. Vnde ſol oritur, qua dimergit, qua decurrit, ab aduerſa parte nuncupantur. G. Quo mundi loco ſita eſt terra? P. Medio. G. Qua mundi regione cingitur? P. a. Sublimis cingitur vndique mari. G. Eſtne vlla terræ diuiſio? P. Diuiditur in duo latera. G. Quomodo ea nominantur? P. Hemiſpheria. G. Vnde ducũtur iſta latera? P. Ab oriente ad occaſum. G. Hemiſpheria quæ dicis, certiſne regionibus diuiduntur? P. Zonis quinque diſtinguũtur. G. Eſtne eadem & par omnium zonarum natura? P. Non, b. mediam enim æſtus infeſtat, frigus c. vltimas, reliquæ d. habitabiles. G. Habitabiles num quid habent commune? P. In vtraque habitabili eadẽ ſunt anni tempora, & paria, puta ver, æſtas, autumnus, hyems. G. Quid eſt, quod inter eas differat? P. Quod Antichthones alteram, nos alteram incolimus. G. Nihil-

a. globoſa, & ſublimis quantũ ad partẽ emi nentem è mari.

b. torridã.

c. frigidas.

d. temperatæ.

Nilhilne aliud? P. Imò illud, quòd paria agunt anni tempora, verum non e. pariter. G. De vtrá ergo placet, vt dicamus? P. De hac noſtra. G. Cur nòn de altera dicimus? P. Quoniam illius ſitus ob ardorem intercedentis ſs. plagæ incognitus eſt. G. Quis ergo eſt g. huius ſitus? P. Ab ortu porrigitur ad occaſum. G. Quæ forma? P. Aliquãto quã vbi latiſsima eſt, longior. G. Quibus finibus coercetur? P. Cingitur omnis Oceanus. G. Nihil ergo Oceani aquarum intra ſe admittit? P. Imò, quatuor ex Oceano maria recipit. G. Quibus illa locis? P. Vnum ab æ. Septentrione, à Meridie 1. duo, ab Occaſu 2. quartum. G. Cuius primũ diſputationẽ ingredimur? P. Huius poſtremi. G. Dic ergo, quæ huius forma ſit? P. Primum anguſtum, nec amplius decẽ millibus paſſuum patens terras aperit atq; intrat. G. Itáne arctum perpetuò fit? P. Non, ſed paulò pòſt longè lateque diffuſum 3. vaſtè cædentia 4. abigit littora. G. Quæ tum eius forma eſt? P. Littorib.

e. Quia quãdo nobis eſt æſtas, antichthonibus eſt hyems.

ſs. ſcilicet torridæ.

g. Noſtræ habitabilis.

æ. Caſpiũ.

1. Sinũ Perſicum & Arabicum.

2. fretum Herculeũ.

3. Quia iã latiſsimũ eſt littorũ interuallũ.

4. diſpeſcit ſeiungit, ſeparat, diuidit.

toribus ex 5. diuerſo prope coeūtibus, adeo in arctum agitur, vt minus mille 6. paſsibus pateat. G. Quæ deinde? P. Inde ſe rurſus, ſed modicè admodum 7. laxat. G. Nuſquámne igitur tam anguſtum eſt, quàm ante fuerat in Helleſponto? P. Imò rurſus etiā quàm fuit 8. arctius exit in ſpacium. G. Huc cùm eſt acceptum, quale deinceps eſt? P. Ingens iterum & 9. magnum. G. Pòſt cui coniungitur? P. 10. Paludi. G. Laténe fluentibus aquis? P. Imò 11. exiguo ore. G. Hoc omne mare, qua venit, quaque diſpergitur, vnóne & cōmuni aliquo nomine appellatū? P. Vno vocabulo noſtrū mare dicitur. G. Anguſtias & introitum eius communi nomine Græci & Latini vocant? P. Nos fretum, Græci πόρθμον appellāt. G. Aliáne deinceps, qua ſe diffūdit, cognomina acceptat? P. Accipit quidem. Vbi enim primum ſe 12. coarctat, Helleſpontus vocatur. G. Quo nomine vbi primum ſe 13. expandit dicitur? P. Propontis. G. Quo, vbi iterum 14. preſsit? P. Thracius Bo-

ſphorus

5. id eſt cōtra quam proxime ſe habebat
6. In Helleſponto.
7. In Propontide.
8. In Boſphoro Thracio.
9. In pōto Euxino.
10. Meotidi.
11. Boſphori Cimmerij.
12 Vbi littora prope coeunt
13. Vbi ſe modicè laxat.
14. Vbi arctius exit in ſpaciū, quā fuit.

ſphorus. G. Quo, vbi iterū 15. effundit? P. Pontus Euxinus. G. Quo, qua paludi committitur? P. Cimmerius Boſphorus. G. Quo poſtremò palus ipſa? P. Meotis. G. Quis eſt vſus huius maris in Geographia? P. Hoc mari & duobus inclitis amnibus Tanai & Nilo, in tres partes vniuerſum diuiditur. G. Quomodo id accipiemus? P. Quod terrarum à fræto ad ea flumina iacet, ab altero latere Aphricam vocamus, ab altero Europen. G. Quo ergo ex latere Europā, quo Africam locamus? P. Ad Nilum Africam, ad Tanaim Europā. G. Quid eſt igitur, quod vltra ea flumina iacet? P. Vltra quicquid eſt, Aſia eſt. G. Tanais vnde defluit? P. A Septētrione. G. Quo vergit? P. In Meridiem. G. Quo ſe exonerat? P. In mediā ferè Meotida. G. Nilus vnde exoritur? P. Ex a. diuerſo. G. Quo deuoluitur? P. In b. pelagus.

15. Vbi ingens iterū & magnū fit.

a. ſcilicet à meridie.

b. Mare mediterraneum.

SVMMA ASIAE DESCRIPTIO. Caput Secundum.

G. QVæ eſt ordinis ratio? P. Diximus antè omnem noſtram habitabilē Oceano cingi, quocirca Aſiam neceſſe eſt vt Oceanus attingat, alioq; alia eſſet totius, quàm partium ratio, quod ab omni ratione alieniſsimum eſſet. Vel ſi hoc tibi minus placebit, aut difficilius ad intelligendum, aut paulò altius rep etitum videbitur, polliciti. a. ſumus primo quæ eſſet forma totius, quæ maximè partes explicaturos, illud autem ſuperiori capite præſtitimus; ſequitur ergo vt alterum nunc proſequàmur. G. Cùm igitur ita ſe res habeat, ſicuti dicis, quot è partibus tangit Aſiam Oceanus? P. Tribus: ab Oriente, à Meridie, à Septētrione. G. Quibus ijs locis appellatur nominibus? ſi tamen ita nominibus vt locis differat, ac non vnum & commune nomen retineat? P. Ab Oriente Eous, à Meridie Indicus, à Septentrione Scythicus vocatur. G. Quæ eſt forma Aſiæ? P. ingenti ac. c. perpetua fronte ad Orientem vertitur. G. Quanta eſt ad Orientem vltimum?

a. ſcilicet in proemio

c. hoc eſt, non interrupta.

P. Tan-

P. Tantum ibi ſe in latitudinem, quantũ Europa & Africa & pelagus, quod inter ambas immiſſum eſt, effundit. G. Inde ad occidentem eſtne eadem vſq; latitudine? P. Aliquatenus ſolida procedit. G. Quibus ergò locis interrumpitur? P. Iis, quib. Caſpium, Perſicum, Arabicum mare recipit. G. Quibus locis ea maria intromittit? P. Ex Oceano Indico Arabicum & Perſicum, ex Scytico Caſpium. G. Nuſquam ergò ad occidentem tam lata eſt, quàm ad vltimum Orientem fuerat? P. Imò rurſus expãditur, & fit tam lata, quã fuerat. G. Quo id loco contingit? P. In ittore maris rubri verſus AEgyptũ. G. Eſt igitur ad Occidentem, vt arbitror, perpetua & ſolida Aſia, quemadmodũ ad Orientẽ fuiſſe perſpeximus? P. Imò, cùm in ſuum finem, aliarumque terrarum confinia deuenit, media .a. noſtris æquoribus excipitur. G. Quis igitur reliquarum partium, ſcilicet extremarum ſitus eſt? P. Reliqua altero cornu pergit ad Nilũ, altero ad Tanaim,

.a. hoc eſt mari mediterraneo.

b.Hoc eſt, ripa eſt Nili. c.Hoc eſt, aperit ſua littora, queãdmodũ ſcilicet terra culto aratorio prębet viã & aperit ſinum ſuũ vtrinque iacendo à Canopico Nili oſtio ad principiũ Paleſtinæ, quocirca ridiculus eſt hoc loco Vadianus, q hoc in ſinũ vſque Iſsicũ porrigit. d.ſcilicet forma eſt. e.ab initio Paleſtinæ

ad Nilum meridionali, ſeptentrionali cornu ad Tanaim.G. Quæ eſt Aſiæ for ma, qua ad Nilum iacet? P. Ora eius cũ alueo Nili amnis.b.ripis deſcendit.G. Quouſq; ripis deſcendit cũ alueo Nili? P. In pelagus.G. Ad pelag⁹ quę eſt for ma? P. Diu ſicut illud incedit, ita ſua littora.c. porrigit. G. Quæ.d. deinde? P. Fit venienti mari obuiam. G. Quomodo? P. Primò ingenti ambitu ſe.e. incuruãdo.G. Quomodo poſt? P. Ingenti fronte ſe ad Helleſponticũ fretum extendendo.G. Ab eo quomodo reſiſtit mari? P. Iterum ſe obliquando ad.f.Boſphorũ.G.Quarto loco, quo modo fit Aſia venienti pelago obuiã? P. Iterum ad ponticum latus ſe incurcuando.G. In aditu Meotidos quemadmodum coercet pelagus? P. Aditũ tranſuerſo margine tangẽdo. G.g.Inde ad Tanaim vſque.æ. quemadmodũ P. Meotida gremio complectendo. G Qua Tanais eſt, quæ Aſiæ figura conſpici-

ad Cariam vſque. f.Scilicet Thracium vſq; ab Helleſponto. g.A Boſphoro Cimmerio. æ. Scilicet reſiſtit mari.

ſpicitur? P. Fit ripa. G. Hæc quidem Aſiæ .1. forma eſt, quam dixiſti, ſed in ea primos hominum quoſnam fuiſſe accepimus ab Oriēte? P. Indos, Seres, & Schytas. G. Quas ſinguli regiones incolunt? P. Seres media ferme Eoæ partis; Indi & Scyta vltima. G. Indi latóſne fines habent? P. Latè patent, neque in hoc tātum k. pelagus efluſi, ſpectant enim etiam meridiem. G. Meridiē, hoc eſt, oram Indici Maris quouſque occupant? P. Diu. G. Cōtinuiſne gentibus? P. Niſi vbi æſtus inhabitabilem efficiunt. G. Scytæ ſolúmne Orientem ſpectant? P. Spectāt & ſeptentrionem. G. Septentrionem, hoc eſt littus Scythicū, quouſq; poſſident? P. Vſque ad Caſpiū ſinum. G. Perpetuiſne & continuis cultoribus? P. Niſi vnde frigoribus arcentur. G. Quæ ſunt Indis proximæ gētes? P. Ariane, Aria, Gedroſis, & Perſis. G. Hij quouſque porriguntur? P. Ad ſinum Perſicum. G. Sinum hūc Perſicū, quē dicis, qui tandem populi ambiūt?

.1. Hic totus locus de forma Aſiæ artificioſus & ſubtilis eſt deſcribit enim à Nilo ad Tanaim ſinꝰ & promōtoria. Deniq; ſua porrigit littora, quū iacet vtrinque pelago ſubmouente late ra & diſiū gente: fit autem venienti obuiam, quū ſinus aut promontoria facit.

k. Scilicet Eoum.

P. Populi Perſarum. G. Qui ſunt, qui eos conſequuntur? P. Arabes. G. Quis eos locus tenet? P. Sinum Arabicum cingunt. G. Ab Arabibus, quod in Aphricam reſtat, quorũ eſt? P. AEthiopum. G. Hoc modo ſicuti narras, littus meridionale ſe habet & colitur, q̃ latè patet Aſia ab Oriente in occidentem. Illinc nunc ad Septentrionem qui ſunt Scythis proximi? P. Caſpiani, qui ſinum Caſpium cingunt. G. Qui vltra eſſe memorantur? P. Amazones, vltraq́ue eas Hyperborei. G. Quinam interiora terrarum ſuper Indos habitant? P. Multæ, variæq́ue gentes, Candari, Paricani, Bactri, Suſiani, Pharmacotrophi, Bomaræi, Coamani, Rophanes, Dahæ. G. Super Scythas Scytharumq́ue deſerta, ac ſuper Caſpium ſinũ quæ gentes habitant? P. Comari, Maſſagitæ, Caduſij, Hircani, Iberi. G. Super Amazones & Hyperboreos quæ? P. Cimmerij, Scythæ, Eniochæ, Georgi, Moſchi, Corſitę, Phoriſtę, Riphaces. G. Quouſq; P. Donec in noſtra

maria. a.

a. tractꝰ excedit. G. Vbi iam in noſtra maria tractꝰ excedit, quæ gẽ'es loca tenẽt? P. Mardi, Antibarani. G. Itáne peregrina nobis ſemper & ignota oĩa? P. Notiora iã nomina ſubſequũtur, Medi, Armeni, Cõareni, Murcani, Vegeti, Cappadoces, Gallogręci, Lycaones, Phriges, Piſidæ, Iſauri, Lydi, Syrocilices. G. Hæc q̃dẽ omnia vt arbitror, ad littꝰ Scythicũ, & interiores eius lateris terras, q̃ latè patet Aſia, pertinent. Nunc aũt ex i;s, quę meridiẽ ſpectãt, q̃ gentes interiora littora tenẽt? P. Eædẽ gẽtes, quę antè cõmemoratæ ſunt, tam interiora littora, quã. I. interiora terrarũ poſſidẽt. G. Quouſq; ? P. Vſq; ad ſinũ Perſicum. G. Dixiſti antè quæ hũc, quę Arabicũ ſinũ gentes ambiãt, nũc aũt illa me dubitatio tenet, quæ ſuper hunc, quæ ſuper illum ſint? P. 2. Super hunc ſunt Parthi & Aſſyrij, ſuper illum 3. alterum Babylonij. G. Iam quod ab Arabib. in Aphricã reſtat AEthiopũ eſſe omne, paulò antè dixiſti. Quęrendũ etiã mihi viſum eſt, quinã ſuper AEthiopos ſint? P. AEgyptij ſunt.

a. A Meotide in meridiẽ deſcendẽdo.

1. Hinc id eſt, ab hoc latere interiora littora ſpectantũr ab oriente ad occidentẽ, interiora terrarũ à meridie ad ſeptentrionem.

2. Verbum hoc ſuper interiorũ terrarum cultores, qui lõgius à littore habitant, aſficit.

3. ſcilicet Arabicum.

G. Iidem verò ipſi AEgyptij quęnam poſsident? P. Ripis Nili amnis, & mari proxima. G. Quænam deinde gens ſequētia littora attingit? P. Arabia. G. Latiſne finibus? P. Anguſta fronte. G. Ab ea, quæ gens eſt? P. Syria. G. Quam longè? P. Vſque ad flexum illum, quē ſuprà retulimus. G. In ipſo flexu quæ gens ſita eſt? P. Cilicia. G. Extra flexum quæ? P. Lycia, Pamphilia, Caria, Ionia, AEolis, Troias. G. Quàm longè pertinent? P. Vſque ad Helleſpontum. G. Ab eo qui ſunt? P. Bithyni. G. Quàm longè? P. Ad Thracium Boſphorum. G. Vltra Thracium Boſphorum qui habitant? P. Circa pontum aliquot populi. G. Quibus oris? P. Alio alioque fine. G. Quo nomine dicuntur? P. Omnes vno nomine Pontici. G. Qui vocantur, qui ad lacum ſunt? P. Meotici. G. Qui ſunt ad Tanaim accolæ? P. Sauromatæ.

SVMMA EVROPÆ DESCRIPTIO. Caput Tertium.

G. Quo

QVo nunc conſilio, & qua ratione adduceris, vt de Europa diſputes? G.
P. Diximus .1. antè, ſi memoria tenes, nos hoc ordine totũ negotium tradituros, vt primò, quæ eſſet forma totius, quæ maximæ partes, exponeremus. Expoſuimus autem ſuperiori capite alteram partium maximarum: ſequitur ergò nunc, vt de reliquis differamus. G. Hoc cùm ita ſe habeat, Europa terminos quos habet ab oriente? P. Tanaim & Meotida, & Pontum. G. A Meridie quos? P. Reliqua noſtri maris. G. Ab occidente quos? P. Atlanticum Oceanum. G. A Septentrione denique quos? P. Britannicũ Oceanum. G. Oræ Europæ, quæ eſt forma littorum à Tanai ad Helleſpontum? P. Contrariis littoribus Aſiæ non oppoſita modò, verùm etiam ſimilis eſt. G. Quibus. 2. ea locis ſpectatur maximè? P. Quinque. Qua ripa eſt Tanais, qua flexum Paludis ad. 3. Boſphorum redigit, qua Ponto, Propõtidi, Helleſponto latere adiacet. G. Inde ergò, hoc eſt, ab Helleſpõto ad

1. in proœmio.

2. Similitudo.

3. Cimmerium.

Hic oculis perpetuò cartã pictã ſpectare oportet, vt videas quã verum ſit, quod dicitur.

to ad fretũ, quæ forma Europæ eſt?P. Nunc vaſtè retracta, nũc prominẽs, G. Quando vaſtè retracta ? P. Quũ tres maximos ſinus efficit. G. Quando ꝓminens?P. Quũ totidem in altum ſe magnis 4. frontib. euehit. G. Qua forma eſt extra fretũ ad occidentẽ?P. inæqualis admodũ. G. Quo loco maximè? P. Præcipuè media inæqualis eſt. G. Deinceps quà procurrit ad Septentrionẽ, quam formã gerit?P. Niſi vbi ſemel iterumq; grandi receſſu. 5. abducta eſt, penè vt directo limite extenta eſt. G. Quibus nominib. appellãtur maria, quæ tribus illis ſinubus accipiũtur?P. Mare, ꝙ primo ſinu accipit, AEgeũ dicitur. G. Quomodo appellatur, quod ſequenti ſinu accipitur?P. Alijs locis alio atq; alio. In ore enim Ioniũ, interius Adriaticũ. G. Quo appellatur quod vltimo ſinu accipitur ?P. Nos Thuſcum, Graij Tyrrhenum perhibent. G. Gentium Europam incolentium quæ eſt prima?P. Scythia. G. Quænam eſt hæc Scythia, quam nominas?P. Alia, quàm

4. Hoc eſt, promõtorijs.

5. Hoc ipsũ eſt, quod paulò antè dixit vaſtè retracta quũ ſciliceet ſinus maris intra ſe admittit.

1.dicta eſt. G.Vnde ea incipit? P.A Tanai.G.Quo pertinet? P. Ad media fere Pōtici lateris.G.Hinc, id eſt, à medio Pōtici lateris quæ gens adiūgitur? P.Continens Thraciæ & Macedoniæ. G.Quàm latè?P.In AEgei partem. G. Tum quę gens? P. Græcia.G. Qua forma iacet?P.Prominet.G.Quib. finibus? P. AEgeum ab Ionio mari dirimit. G. 2. Adriatici latus quæ gens occupat?P. Illyris.G. Inter Adriaticum & Thuſcum quis populuş procurrit?P. Italia.G. Quid ergo Thuſcum ipſum, quæ natio accolit?P.Gallia.G. Quo ſitu? P. In Thuſco intimo.G. Vltra quænam eſt? P. Hiſpania.G. Quàm longè?P. Hæc in occidentem vergit.G.Nullámne ergò Septentrionis partem ſpectat?P.Etiam ad Septentrionem vergit.G. Perpetuóne & directo limite? P. Non, ſed diuerſis frontibus. G. Hijs igitur finibus Europa tota continetur? P. Non, ſed deinde rurſus Gallia eſt. G. Quibus finibus hic habitatur?

1. In Aſia fuiſſe ad orientem.

2. Ionij enim vltima Adriaticum ſtatim excipit.

P. Lō-

P.Longè.G.Quid,eã in Thuſco intimo ſitam eſſe dixiſti, quomodo ergo hoc loco,q tanto interuallo diſtat,eſſe poteſt?P. A 3.noſtris littoribus huc vſque promiſſa eſt. G, Ab ea qui ſunt?P. Germani.P.Quàm lõgè porriguntur? P. Ad Sarmatas.G. Hij deinde quàm latè porriguntur?P. Ad Aſiam.

3.A mari mediterraneo.

SVMMA AFRICÆ DESCRIptio.Caput quartum.

G. QVid nunc Aphricam commemoraſti?P. E tribus mundi maximis partibus duæ ſunt explicatæ, reſtat ergò tertia.G. Africa ab Orientis parte quẽadmodum terminata eſt?P. Nilo. G. Quemadmodum à cæteris partib., ſcilicet Occidente,Septentrione,Meridie?P. Pelago.G. Quæ eſt Aphricæ forma?P. Breuior eſt, quàm Europa. G. Quomodo illud cernitur?P. Quia nec vſquam .1. Aſiæ, & non .2. totis huius littoribus obtẽditur. G. Quid ergo

1.ſcilicet ab oriente quia Nilus nõ tã longè ad orientẽ eſt, q̃ ſunt Aſiæ littora, puta Caria, Ionia,AEolis.

2.quia Helleſpontus &Thracius Boſphorus orientaliores ſunt,quàm ſit Aphrica.

ergo latitudine ſua vincítne Europā? P.Minimè.G. Quid ita? P. Quia longior eſt,ipſaque latior.G.Vbinā eſt latiſsima? P. Qua ad fluuiū attingit. G. Quamobrē?P.Quia, vt inde procedit, ita media præcipuè in iuga exurgēs pergit incurua ad occaſum. G. Vbinam maximè anguſta eſt?P. Vbi finitur.G. Quare?P. Quia.3.faſtigiat ſe molliter, & ideò ex ſpacio paulatim adductior. 3. Hoc eſt contrahit. G.Quæ eſt cōditio & natura eius ſoli? P.Quantum incolitur, eximiè fertilis. G.Vnde fit,vt pleraq; eiꝰ inculta ſint? & vaſta magis, quàm freqens eſſe reperiatur? P. Vel quia arenis ſterilibus obducta, vel quia ob ſitim cœli terrarumque deſerta ſit, vel poſtremò,quia multo ac malefico genere animalium infeſtatur.G.Mare quo, Africam tribus è partibus cinctam eſſe dixiſti, idémne vbique nomen obtinet? P.Nō. Verùm à Septētrione Lybicum,à Meridie AEthiopicum,ab Occidente Atlanticum dicimus.G.Ab ea parte, quæ Lybico adiacet, quæ eſt proxima Nilo

puincia?P.Quã Cyrenas vocãt.G.Quę deinde?P.Cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt, Aphrica. G. Quinam cætera tenent?P.Numidæ & Mauri.G. vtri vlteriores?P. Mauri,G. Cur?P. Quia in Atlanticum pelagus appoſiti. G.4. Vltra qui ſunt?P. Nigritæ & Pharuſij.G. Quouſque?P. Vſque ad AEthiopas.G. AEthiopes quos fines habent? P. Hij & reliqua.1. huius & totũ latus, quod meridiẽ ſpectat,poſsident.G.Quàm longè?P.Vſque in Aſiæ cõfinia.G. Qui ſunt ſuper 2. ea,quæ Libico mari abluuntur?Iam enim eos,quos Libicum,Atlanticum, & AEthiopicum mare abluit, recenſuiſti.P.Libies AEgyptij ſunt,& Leucoæthiopes,& natio frequens multiplexq; Getuli. G.Quæ deinde regio?P. Latè vacat, perpetuo tractu inhabitabilis.G. Nulli ergo deinceps Aphricam incolunt?P. Primi ad Orientem, de quibus aliquid accepimus,ſunt Garamãtes.G. Qui poſt? P. Augilæ & Trogloditæ.G. Qui pręterea?P. Vltimi ad

4. Verſus meridiem deſcendẽdo.

1. Scilicet, Atlantici littoris.

2. Verſus interiora terrarum.

mi ad Occidentem Atlantes. G. Quid, interiora etiã deſerta ſunt? P. Intra (ſi credere libet) vix iã homines, magisq; ſemiferi. G. Qui vocãtur? P. AEgypanes & Blemię, & Gamphaſantes & Satyri. G. Quid, hij queadmodũ degunt? P. Sine tectis paſsim ac ſedib. vagi, habent potius terras, quàm habitant. G. Breuiter ergo quid eſt, quod hactenus diſputatũ eſt? P. Quæ .3. ſumma noſtri ſit orbis, quæ .4. maximæ partes, quæ formæ, genteſq; partiũ. G. Quid nunc ſupereſt faciendũ? P. Exactius oras ſituſq; dicturi ſumus. G. Vnde eã diſputatione commodiſsimũ eſt incipere? P. Vnde terras noſtrũ pelag⁹ ingreditur. G. Ab Hiſpaniáne? P. Non; ſed ab ijs, quæ influenti mari dextra ſunt. G. Qua deinde ratione progrediemur? P. Stringemus littora ordine, quo iacent. G. Quid, ita abſoluerimus, ſi pagrauerim⁹ omnia, quæ .5. mare attingunt? P. Imò, legem⁹ etiã illa, quæ cingit Ocean⁹. G. Quouſq; id faciemus? P. Donec curſus incepti operis .6. intra .7. extraq; circũuectus

3. Inprimo capite.

4. In ſecũdo; tertio & quarto.

5. Scilicet mediterraneum attingũt.

6. Quantũ ad mare mediterraneum.

7 Quantũ ad ea, quæ cingit Oceanus.

uectus orbē illuc, vnde cœperit, redeat.

PARTICVLARIS AFRICÆ Deſcriptio. Mauritania. Caput Quintum.

G. Dixiſti paulò antè, inde præſentē te diſputationem orſurum, vnde terras noſtrum pelagus ingreditur, potiuſq; ab ijs, quæ influenti dextra ſunt. Quæ ergo pars læua eſt, quæ dextra ab Occidente noſtrum mare ingredientibus? P. Hiſpania læua, Mauritania dextra eſt. G. Ad quam trium mundi partium pertinent? P. Illæ Europæ, hæ Africæ primæ partes ſunt. G. Quis eſt finis & terminus Mauritaniæ? P. Mulucha. G. Quod eius caput & exordiū eſt? P. Promontoriū, quod Græci Ampeluſiam vocant. G. Quæ ſunt in eo promontorio memorabilia? P. Specus Herculi ſacer, & vltra ſpecum Tingi oppidum peruetus. G. Id oppidum à quo conditum? P. Ab Antæo, vt ferūt. G. Quid fuit, quod eos in hanc opinionem traheret? P. Extat rei ſignum Parma. G. Quæ eius materia eſt? P. Elephan-

phantino tergore execta. G. Qualis eſt? P. Ingens & ob magnitudinem nulli nunc vſuro habilis. G. Quid hoc ad Antæum? P. Locorum accolæ ab illo geſtatam pro vero habent, traduntq́; & inde eximiè colunt. G. Nihílne. i. habet præterea nobile? P. Imò, deinde eſt mons præaltus. G. Quis eius ſitus? P. Ei, quem ex aduerſo Hiſpania tollit, obiectus. G. Quo hunc nomine, quo illum? P. Hunc Abylam, illum Calpen vocant. G. Vllóne præterea communi nomine? P. Columnas Herculis vtrunque. G. Quam ob rem columnæ Herculis vocantur? P. Fama nominis fabulam addidit. G. Quámnam? P. Herculem ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum ante à mole montiū Oceanum ad ea, quæ nunc inundat, admiſſum. G. Huic, quę oræ forma eſt? P. Mare latius funditur, ſummotasq́; vaſtius terras magno impetu inflectit. G. Regio qualis eſt? P. Ignobilis, & vix quicquā illuſtre ſortita. G. Quemadmodum habitatur? P.

i. Scilicet promōtoriū illud.

Paruis oppidis. G. Quibus fluminibus irrigatur? P. Parua flumina emittit. G. Quale eſt regionis ſolum? P. Solo, quã viris melior. G. Quid facit, vt in tam vberi ſolo, tã obſcura regio exiſtat? P. Segnities gẽtis. G. Sed ex ignobilib. alia ſunt alijs nobiliora, ea, quæ ſint, cõmemorare non pigeat. P. Montes ſunt alti continenter, & quaſi de induſtria in ordinem expoſiti. G. Quot ſunt, & quibus nominibus vocantur? P. Numero ſeptem, ob ſimilitudinẽ fratres. G. Qui ſunt fluuij? P. Tamuada & Mulucha. G. Vter notior? P. Mulucha. G. Quare? P. Quia is amnis ingentium olim regnorum Bocchi, Iugurthæque terminus eſt. G. Quæ vrbes ſunt? P. Ruſicada & Siga paruæ vrbes. G. Quid præterea? P. Portus, cui magno cognomen eſt. G. Quare? P. Ob ſpatium.

NVMIDIA. CAPVT Sextum.

Numi-

NVmidiæ quodnam eſt caput atq; exordiũ? P. Fluuius Mulucha is, quem finem Mauritaniæ eſſe diximus. G. Ab eo quouſq; expoſita eſt? P. Ad ripas fluminis Ampſagæ. G. Qua re Mauritaniæ cedit? P. Spacio, quàm Mauritania anguſtior eſt. G. Qua re Mauritaniã vincit? P. Culta magis et ditior eſt, q̃ Mauritania. G. Quæ ſunt maximæ vrbium, quas habet? P. Cyrtha & Iol. G. Idémne vtriuſq; ſitus? P. Non. Cyrtha enim ꝑcul mari. G. Eadémne etiam nunc eſt, quæ aliquãdo fuit? P. Non. Nunc enim Sitianorũ Colonia. G. Quid quondã? P. Regũ domus Iubæ, & Siphacis, cùm foret opulentiſsima. G. Quid, Iol quo loco ſita eſt? P. Ad mare. G. Eáne etiam conditionem ſuã mutauit? P. Et vehemẽter quidem aliquando ignobilis, nunc illuſtris. G. Quomodo in tantũ honorẽ adducta eſt? P. Quia Iubæ regia fuit, & ꝗ Cęſaria vocitatur. G. Quib. finib. ſita eſt? P. Medio fermè littore. G. Quid ergo citra hãc eſt? P. Citra Cartẽna & Arcena

ſunt oppida & Ampſa caſtellũ, & Laturus ſinus & Sardabalæ fluuius. G. Quid vltra ſe habet Iol? P. Monumentum commune Regiæ gentis. G. Quid deinde? P. Icoſium & Vthiſia vrbes. G. Quid inter eas interiectum? P. Effluentes inter eas Ancus & Nabar. G. Súntne alia memorabilia? P. Imò, alia ſunt, ſed quæ tacere nullum rerum famæúe diſpendium eſt. G. Quid interius eſt, & longè à littore? P. Campi nihil alentes. G. Quid ergo habent, quod memorandum ſit? P. Signa atq; veſtigia effuſi olim vſque ad ea loca pelagi, in ijs eſſe inueniriq́ue narrantur. G. Quænam ea ſunt? P. Spinę piſcium, muricum, oſtreorumq́ue fragmenta, ſaxa attrita fluctibus, non differentia marinis, infixæ cautibus anchoræ.

AFRICA MINOR. CAPVT Septimum.

G. REgio, quæ ſequitur, quod nomẽ vſurpat? P. Propriè, nomen Africæ.

cæ. G. Vnde ea incipit? P. A promontorio Metagonio. G. Quàm lõgè procurrit? P. Ad aras Philenorum. G. Quæ ſunt in ea oppida? P. Hippo regius Ruſicada, & Tabraca. G. Quot ſunt promontoria? P. Tria; Candidum, Apollinis, Mercurij. G. Magnáne? P. Vaſtè proiecta in altum. G. Quos ea ſinus efficiunt? P. Duos grandes. G. Proximũ quem vocant? P. Hipponenſem. G. Vnde? P. Ab Hippone Diarrhyto, quod littori eius appoſitum eſt. G. Quæ ſunt in altero ſinu memoranda? P. Caſtra Lælya, Caſtra Cornelia, flumen Bagrada, Vtica & Carthago vrbes. G. Quid habent commune hæ vrbes? P. Quòd ambæ inclytæ, ambæ à Phœnicibus conditæ. G. Qua re differunt? P. Quòd illa fato Catonis inſignis, hæc ſuo. G. Quare ſuo? P. Quia nunc Pop. Rom. Colonia, olim imperij eius pertinax æmula. G. Nihil eſt præterea, ꝙ eam claram efficiat? P. Iam iterum opulenta effecta, etiamnunc tam priorum excidio rerum, quàm ope præſentium

B 5 cla-

clarior. G. Poſt quænã vrbes adiacent? P. Hadrumentum, Leptis, Clupea, Abrotanum, Taphræ, Neapolis. G. Quouſq;? P. Hinc ad Syrtim. G. Celebritatémne vllã habent? P. Sunt inter ignobilia celeberrimæ. G. Syrtis ſinus quantus eſt? P. Centum ferè millia paſſuum, qua mare accipit, patens. G. Quot millia paſſuũ patet, qua cingitur? P. Trecēta. G. Sinus is qualis eſt? P. Importuoſus, atrox, & infeſtus. G. Quæ cauſæ ſunt, quamobrẽ infeſtus ſit? P. Vadorũ frequẽtium breuia, magiſq; alterni motus pelagi affluẽtis & refluentis. G. Super ſinum quidnam habetur? P. Palus ingens. G. Quod eius nomen? P. Palus Tritonis Mineruæ. G. Quæ ratio nominis? P. Incolæ arbitrantur Mineruã ibi genitam fuiſſe. G. Quomodo ei fabulæ fidem faciunt? P. Quem natalem eius putant, ludicris virginum inter ſe decertantium celebrant. G. Palus quid habet memorandum? P. Amnem ſui nominis recipit Tritona. G. Vltra ſinum quid eſt? P. Oea oppidum, &

Cyni-

Cyniphus fluuius. G. Per quæ loca decidit? P. Per vberrima arua. G. Quid tum? P. Leptis altera & Syrtis. G. Quid ea commune cum priori habet? P. Nomine atq; ingenio par priori. G. Quid eſt, quo differat? P. Altero ferè ſpacio, qua dehiſcit, quaque flexum agit, amplior. G. Quodnam huius ſinus promontorium eſt? P. Borion. G. Ab eo promontorio quænam ora incipit? P. Ora, quam Lotophagi tenuiſſe dicuntur. G. Quàm longè procurrit hæc ora? P. Vſq, ad Phyconta. G. Quale eſt hoc promontorium? P. Importuoſo littore pertinax. G. Aræ Philenorum, quas fines Aphricæ eſſe dixiſti, vnde nomen traxêre? P. Ex Philenis fratribus. G. Quamobrem? P. Quia hic ſe viuos obrui pertulerunt. G. Qua id de cauſa, tam mirum & memoria dignißimum facinus fecerunt? P. Contra Cyrenaicos Carthagine miſsi ad dirimendum conditione bellum, diu iam de finibus, & cum magnis amborum cladibus

cladibus geſtũ, poſtquam in eo, quod conuenerat, non manebatur (vt vbi legati concurrerent, certo tempore vtrinque dimiſsi, ibi termini ſtatuerentur) Pacti de integro, vt quicquid citra eſſet, popularibus cederet, hic ſe viuos obrui pertulerunt.

CYRENAICA. CAPVT Octauum.

G. QVod eſt caput Cyrenaicæ prouinciæ? P. Aræ Philenorum. G. Quis finis? P. Catabathmos. G. In ea prouincia, quæ ſunt memoranda? P. Ammonis oraculũ. G. Quódnam? P. Illud fidei inclytæ. G. Nũquid aliud? P. Fõs, quem ſolis appellãt, & rupes quædam Auſtro ſacra. G. Hæccine quicquam habent memorabile? P. Illud, quòd hæc cùm hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenaſq; quaſi maria agens, ſic ſæuit, vt æquor fluctibus. G. Quod fontis ingenium eſt? P. Media nocte feruens, & mox paulatim

latim tepeſcẽs fit luce frigidus. G.Qualis deinde,ſole exoriente?P. Vt ſol ſurgit,ita frigidior. G. Subinde per meridiem quemadmodũ affectus eſt?P.Maximè riget.G. Quid deinde? P. Sumit tepores iterum.G. Qualis prima nocte?P. Calidus.G. Nocte reliqua quẽadmodum ſe habet?P. Vt illa procedit, ita calidior,cùm eſt media, perferuet. G. Sed hæc indefinita & generalia: Quidnã habet Cyrenaica certi, & ſuis locis definiti?P. In littore ſunt promõtoria Zephirion & Nauſtathmos,Portus Paretonius. G.Nullæ vrbes ſunt?P. Heſperio, Apollonia, Ptolemais,Arſione,atque ipſa Cyrenæ.G. Regionis hoc totius nomen eſt?P. Non, ſed ciuitatis,atq; inde terris nomen. G.Quis eſt ille Catabathmos, quem Africam finire dixiſti?P. Vallis deuexa in AEgyptum. G. Oræ Africanæ, quas à columnis hactenus perſtrinximus, quib. cultoribus habitantur?P. Ad noſtrum maximè ritum moratis. G. Omninóne?P.Niſi quòd quidam linguis differunt

runt & cultu deorũ, quos patrios ſeruant, & patrio more venerantur. G: Proximis vllæ ne vrbes ſtant? P: Nullæ, tamẽ domicilia ſunt, quæ mapalia appellãtur. G. Quis ijs victus? P. Aſper & mundicijs carens. G. Quis veſtitus? P: Primores ſagis velantur, vulgus beſtiarũ pecudumq́; pellibus. G. Quietem & epulas quomodo capiunt? P. Humi. G. Vnde fiunt eorum vaſa? P. Ligno aut cortice. G. Quis ijs potus eſt? P: Lac, ſuccuſq́; baccarum. G. quis cibus? P. Caro plurimum ferina. G. Quid, ouina & bouina nõ veſcuntur? P. Gregibus quoad poteſt parcitur. G. Exiſtimaram nulla ibi pecora ali. P: Imò id ſolum opimum eſt. G. Eorũ, qui proximi mari habitant, ritus moreſque deſcripſiſti, nunc interiores quemadmodum degant, narres nobis, ſi placet. P: Interiores etiam incultius viuunt. G. Quẽadmodum? P. Sequũtur vagi pecora, atque vt à pabulo ducta ſunt, ita ſe ac ſua tuguria promouent atq; vbi dies deficit, ibi noctẽ agunt. G. Publicane

cane & communia conſilia habent?
P. In familias paſsim & ſine lege diſper-
ſi, nihil in commune cõſultãt. G. Nuſ-
quam ergo frequentes habitant, qui
paſsim diſperſi ſunt? P. Imò, quòd ſingu
lis aliquot ſimul coniuges, & plures
ob id liberi agnatique ſunt, nuſquam
pauci degunt. G. Cum hactenus proxi
morum, cũ interiorum ritus moreſq;
expoſueris, ſupereſt vt eorum, qui vltra Nota ordi-
deſerta eſſe memorantur, inſtituta no- nem.
bis explices. P. Ex ijs Atlantes ſolem
execrantur, & dum oritur, & dum
occidit, vt ipſis agriſque peſtiferum.
G. Quid, ij aliud peregrinum habent?
P. Nomina ſinguli non habent, non
veſcuntur animalibus, neque illis in
quiete, qualia cæteris animalibus vi-
ſere datur. G. Troglodita qualcs
ſunt? P. Nullarum opum domini. G.
Quæ eorum lingua eſt? P. Strident
magis, quàm loquuntur. G. Quæ
ſunt ijs tecta? P. Specus ſubeũt. G. Quæ
alimenta? P. Aluntur ſerpentib. G. Quæ
ſunt apud Garamantes peregrina? P.
Armen-

Armenta ſunt ea, quæ obliqua ceruice paſcũtur. G.Quid ita?P. Nam pronis directa, in humum cornua officiũt. G.Quæ ſunt apud eos matrimonia?P. Nulli certa vxor eſt.G. Ex ijs, qui tam incerto parentum coitu paſsim incertique naſcuntur, quomodo eos, quos pro ſuis colant, agnoſcunt?P. Formæ ſimilitudine.G. Augilæ quænã numina colunt?P. Manes tantùm deos putant, per eos deierant, eos vt oracula conſulunt.G.Quemadmodum?P.Precati quæ volunt, vbi tumulus incubuêre, pro reſponſis ferunt ſomnia. G. Nihilne aliud in matrimonijs ſeruant proprium?P. Fœminis eorum ſolenne eſt nocte, qua nubunt, omnium ſtupro patere, qui cum munere aduenerint. Et tum, cum plurimis concubuiſſe, maximum decus, in reliquum pudicitia inſignis.G. Gamphaſantes quemadmodũ in ocio degunt?P. Nudi ſunt.G. Quẽadmodum in bello?P. Armorum omnium ignari, nec vitare ſciunt tela, nec iacere.G. Súntne congregabiles vt reliqui

liqui mortales? P. Obuios fugiunt, nec aliorum, quàm quib. idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut colloquia patiuntur. G. Blemmyæ quales ſunt? P. Ijs capita abſunt, vultus in pectore eſt. G. Satyrorum quæ forma eſt? P. Præter effigiem nihil humani. G. AEgipanum quæ? P. Ea quæ. 1. celebratur.

1. AEgipanum capri ſunt pedes & ex antia cornua.

PARTICVLARIS ASIÆ DEſcriptio. Ægyptus. Caput nonum.

G. Dixiſti antea Catabathmō vallem deuexam in AEgyptum finire Africam, quæ eſt ergo prima Aſiæ pars? P. AEgyptus. G. Quomodo ea locata eſt? P. Inter Catabathmon & Arabas. G. Longitudinem eius dicis, an latitudinem? P. Longitudinem. G. Quæ eſt igitur eius latitudo? P. Ab hoc latere penitus emiſſa eſt. G. Quouſque? P. Donec AEthiopiam dorſo contingat. G. Quam ergo latitudinem vocas? P. A Septentrione ad meridiem. G.

Quæ eſt eius ſoli natura? P. Terra, ex-
pers imbrium. G. Sterilem igitur eſſe
oportet? P. Mirè tamē fertilis, & homi
num aliorumque animalium perfœ-
cunda generatrix. G. Qui fieri poteſt,
vt terra expers imbrium, tam fertilis ex-
iſtat? P. Nilus efficit. G. Quis is eſt? P.
Amnium in noſtrū mare permeantiū
maximus. G. Vnde immittitur? P. Ex
deſertis Africæ. G. Qualis eſt ad ortum
ſuum? P. Nec ſtatim nauigari facilis,
nec ſtatim Nilus eſt, & diu ſimplex ſæ-
uuſque deſcendit. G. Quo ergo ſe pri-
mum loco diſpertit? P. Circa Meroen
latè patentē inſulam in AEthiopiam
diffunditur. G. Partes, in quas hoc lo-
co ſe fundit, communíne nomine vo-
cantur? P. Non, verùm altera Aſtabo-
ras, altera Aſtapus dicitur. G. Quan-
do ergo Nilus eſt? P. Vbi rurſum coit,
ibi nomē hoc capit. G. Inde qualis, quā
tuſque eſt? P. Partim aſper, partim naui
gia patiens, in immanem lacum deue-
nit. G. Ex lacu qualis egreditur? P. Pre-
cipiti impetu. G. Rurſúmne ſe diuidit?
P. De-

P. Diuidi quidem, & Tachempſo alteram inſulam amplectitur. G. Quouſque atrox adhuc feruenſque decurrit? P. Vſque ad Eliphantidem vrbem Ægyptiam. G. Tum demum qualis eſt? P. Placidior, & iam penè nauigabilis. G. Nunquámne igitur in plures, quàm duas partes, ſe dirimit? P. Imò, primum iuxta Cercaſſorum oppidum triplex eſſe incipit. G. Quid deinde? P. Deinde ſemel iterumque diuiſus ad Delta & Metelin, it per omnem AEgyptum vagus atque diſperſus. G. In quot ora in vniuerſum ſe ſcindit? P. Septem in ora. G. Singulis quantus euoluitur? P. Grandis. G. Quo tempore pererrat AEgyptum, & exundās irrigat Nilus? P. 1. AEſtiuo ſydere. G. Quales ſunt exundantes aquæ? P. Adeo efficaces ad generandum alendumque, vt præter id, quod 2. ſcatet piſcibus, quòd Hippopotamos Crocodiloſque vaſtas bellúas gignit, glebis etiā infūdat animas,

1. Hoc eſt, ſole in cancro exiſtēte.

2. Scilicet, Nilus.

ex ipſaque humo vitalia effigat. G. Quomodo hoc intelligitur? P. Hoc eo manifeſtũ eſt, quòd vbi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit per humectes cãpos, quędã nondũ perfecta animalia, ſed tũ primũ accipiẽtia ſpiritũ & ex parte iam formata, ex parte adhuc terea viſunt. G. Quot ſolent afferri cauſæ, quamobrẽ æſtiuo potius ſydere creſcat, quã hyberno? P. Plures: prima, quòd ſolutæ magnis.1. æſtibus niues, & immanib. Æthiopiæ iugis largius, quàm ripis accipi queant, defluunt. G. Quæ altera? P. Quòd ſol hyeme.2. terris propior, & ob id fontem eius minuens in æſtate tunc altius abit, ſinitq; e integrũ, & vt eſt pleniſsimus ſurget. G. Quæ tertia? P. Quòd per ea tempora flantes Etesiæ, aut actas à ſeptentrione in meridiem niues, ſuper principia eius imbre præcipitant, aut venient obuij, aduerſo ſpiritu curſum deſcendentis impediunt, aut arenis, quas cum fluctib. littori applicant, oſtia obducunt. G. Hijs rationibus quomodo creſcat, nõ in-

1. Quia AEthiopia eſt ſub torrida zona.

2. Quia cũ à nobis lõgius abeſt, hoc eſt in tropico capricorni, tunc illis ꝓpior eſt.

Tres cauſæ, quãobrem flãtibus Etheſij augeatur Nilus.

intelligo. P. Et maior, vel quòd nihil 3. ex ſe amittit, vel quòd plus, quàm ſo- let. 4. accipit, vel quòd minus, quàm. 5. debet, emittit. G. Vlláne præterea po- teſt afferri ratio, quam obrem illud ita eueniat, tali præſertim tempore? P. Si alter eſt orbis, ſintque oppoſiti nobis à meridie Antichthones, ne illud qui- dem à vero nimium abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, vbi ſubter maria cæco alueo penetrauerit, in noſtris rur ſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſ- cere, quòd tum hyems ſit, vnde oritur. G. Aliáne etiã in hijs terris mira ſunt? P. Sunt numero quatuor. G. Quod primum? P. In quodam lacu Chennis inſula lucos ſyluaſque & Apollinis grã de ſuſtinens templum, natat tamen, & quocunque venti agunt, impellitur. G. Quod ſecundũ? P. Piramides. G. Quot ſunt numero? P. Tres. G. Quæ eſt earũ materia? P. Tricenum pedum lapidi- bus extructæ ſunt. G. Quæ eſt earum maxima? P. Maxima quatuor ſoli iuge- ra ſede ſua occupat, totidem in altitu-

3. Veluti cũ oſtia obducuntur.

4. Cum niues ſuper principia eius imbre præcipitãt.

5. Cũ curſum deſcẽdentis impediunt Etheſiæ.

 dinẽ

dinem erigitur. G. Dic tertium? P. Mœris aliquando campus, nunc lacus. G. Quot millia paſſuum patet in circuitu? P. Viginti millia paſſuum. G. Quàm altus eſt? P. Altior, quàm ad nauigandum magnis onuſtiſque nauibus ſatis eſt. G. Quódnam eſt vltimum? P. Labyrinthus. G. Cuius nam opus? P. Pſammetici. G. Quis eſt eius ambitus? P. Domos mille, & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplectitur. G. Quę eius materia? P. Marmore extructus ac tectus eſt. G. Quæ forma eſt? P. Vnũ in ſe deſcenſum habet: Intus penè innumerabiles vias. G. Quales? P. Ancipites & perplexas. G. Quid facit ancipites? P. Multæ ambages huc & illuc remeantes, ſed cõtinuo anfractu, & ſæpè renouatis porticibus. G. Quid efficit perplexas? P. Portic⁹ ſubinde aliĩ ſuper alios orbem agentes, & ſubinde tantum redeunte flexu, quantum proceſſerat. G. Admodúm ne perplexus eſt? P. Magno, & inexplicabili tamen errore. G. Cultores regionum quemadmodum

dum agunt? P. Multò aliter à cæteris. G. Mortuos quomodo plangunt? P. Fimo obliti, nec cremare aut fodere fas putant. Verùm arte medicatos intra penetralia collocãt. G. Quænam eorum eſt in literis ratio? P. Suis literis peruerſè vtuntur. G. Quomodo pinſunt? quomodo linunt? P. Lutum inter manus, farinam calcibus ſubigunt. G. Quis eorum ritus in forenſibus & domeſticis rebus? P. Forum ac negocia fœminæ, viri penſa ac domos curant: Onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. G. Quis illis honos erga parentes? P. Parentes cum egent, illis neceſſe, hijs liberum eſt alere. G. In cibis capiendis quem ordinẽ ſeruãt? P. Cibos palã & extra tecta capiũt. G. Neceſsitati quomodo parẽt? P. Obſcæna intimis ædiũ reddũ. G. Quæ venerantur numina? P. Colunt effigies multorũ animaliũ, atq; ipa magis animalia. Sed alij alia, adeò vt quædam eorũ etiam per imprudẽtiã interemiſſe, capitale ſit. Et vbi morbo aut forte

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

extincta ſunt, ſepelire ac lugere ſolemne ſit. G. Nullum ergo commune numen habent, ſed ſinguli ſingula? P. Apis populorum omnium numen eſt. G. Quæ eſt eius deſcriptio? P. Bos niger, certis maculis inſignis, & cauda linguaque, diſsimilis aliorum, raró naſcitur, nec coitu pœcoris, vt aiunt, ſed diuinitùs & cœleſti igne cõceptus, dieſque, quo gignitur, Genti maximè feſtus. G. Ipſi quid de vetuſtate Gẽtis prędicant? P. Vetuſtiſsimi ſunt, vt prædidicant hominum. G. Quibus argumẽtis probãt antiquitatem ſuam? P. Duobus: Primum annalibus, deinde literis, nam & ſupra tredecim millium annorum ætatis certis annalibus referunt, & mandatum literis ſeruant. Dum AEgyptij ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſydera, ac ſolem bis iam occidiſſe, vnde nunc oritur. G. AEgyptij quot vrbes habitant? P. Viginti milia vrbiũ, Amaſe regnante, habitarunt, & nunc multas habitant. G. Earum, quæ ſunt clariſsimę? P. Sáis, Memphis, Syene,
Buba-

Bubaſtis, Elephantis, Thebæ. G. Quis eſt earum ſitus? P. Procul à mari. G. Quænam inter eàs maximè memorabilis? P. Thebæ. G. Quare? P. Quia, vt Homero dictum eſt, Centum portas, ſiue, vt alij aiunt, centum aulas habent, totidem olim principum domos, ſolitaſque ſingulas, vbi negociũ exegerat, decem armatorum millia effundere. G. Nullásne habitant in littore? P. Habitant Alexãdriam & Peluſium. G. Quis earum ſitus? P. Alexandria Aphricæ contermina, Peluſium Arabiæ ipſas oras ſecat. G. Quæ ſunt ſeptem Nili oſtiorum nomina? P. Canopicum, Bolbiticum, Cebennitícum, Mẽdeſium, Pathiniticum, Tanicum, Peluſiacum.

ARABIA. CAPVT Decimum.

ARabia vnde incipit? P. A Peluſio Nili oſtio. G. Quo pertinet? P. Hinc ad mare rubrũ. G. Qualis eſt ſui initio? P. Hic, niſi qua Caſio monte at- G.

attollitur, plana & ſterilis. G. Qualis ad mare rubrum? P. Illic magis læta & ditior. G. Quibus rebus illis locis abundat? P. Thure atque odoribus. G. Quis eſt Arabiæ portus? P. Portum admittit Azoton, ſuarum merciũ emporium. G. Arabia qua in altum abit, hoc eſt, qua Caſio monte attollitur, quàm eſt ædita? P. Adeo, vt ex ſummo vertice à quarta.1. vigilia ortum ſolis oſtendat.

1. Hora tertia ante verũ ortum ſolis, inqt Vadianus.

SYRIA. CAPVT Vndecimum.

G. SYria quanta eſt? P. Latè littora tenet. G. Támne lata, quàm lõga eſt? P. Ferras etiam latius.2. introrſus tenet, vt longior multò, quàm latior ſit. G. Vnáne eſt & ſimplex, an verò multiplex? P. Alijs alijſque nuncupatur nominibus. G. Quibus? P. Et Coele dicitur, & Meſopotamia, & Damaſcene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene. G. Sed Arabiæ, de qua

2. Longius à mari verſus orientem.

qua iam diximus, proxima regio quæ vocatur?P. Hic Syria Palæſtina eſt G. Palęſtinæ quis ſitus?P. Tangit .3. Arabas cum 4. Phœnice. G. Poſt Phœnici am quæ regio ſequitur?P. Syria Antiochia. G. Antiochiæ quis eſt terminus? P. Vbi ſe Ciliciæ committit. G. Qualis eſt Syria?P. Olim ac diu potens, ſed cùm eam regno Semiramis tenuit, potentiſsima. G. Ex operibus eius vllane inſignia ſunt?P. Duo ſunt, quæ maximè excellunt. G. Eorum quódnam eſt primum?P. Conſtituta vrbs miræ magnitudinis Babylon. G. Quod ſecundum? P. Siccis olim regionibus Euphrates & Tygris immiſsi. G. Sed de reliqua Syria ſuis quæque locis, nunc de Palæſtina, quę proximo loco ſe offert, commemores nobis, ſi placet. P. In Palæſtina eſt vrbs Gaza. G. Qua is ea eſt?P. Ingens & munita admodum. G. Quid nam ſibi vult Gazæ peregrinum nomẽ? P. Sic Perſæ ærarium vocant. G. Quare Perſicũ ærarij nomẽ ei loco inditũ eſt?P. Inde, quòd cùm Cãbyſes armis

3. Ab oriẽte, occidente & meridie.

4. Phenicia ſequitur Palęſtinã verſus ſeptentrionem.

AEgy-

Aegyptum peteret, huc belli opes & pecuniam intulerat. G. Nulláne alia opulenta vrbs eſt? P. Eſt non minor Aſcalon. G. Num quæ alia etiam? P. Eſt & Ioppe. G. Qua re memorabilis eſt? P. Quod ante diluuium, vt ferunt, condita eſt. G. Quid eſt præterea, quod eã inſignẽ efficiat? P. Quod Cephea eo loco regnaſſe incolæ affirmant. G. Quo id argumento affirmant? P. Quòd titulum eius fratriſq; Phinei veteres quædam aræ, cum religione plurima retinent. G. Aliam nullam claritatis ſuæ cauſam habet? P. Seruatæ à Perſeo Andromedæ clarum veſtigium oſtentat, Beluæ marinæ oſſa immania. G. Quomodo probant, oſſa illa immania, veſtigium habere ſeruatæ à Perſeo Andromedæ? P. Res eſt celebrata carminibus ac fabulis.

PHOENICIA. CAPVT Duodecimum.

Phœni-

PHœnicen, quid nam eſt, quod illuſtret? P. Phœnices. G. Quale hominum genus? P. Solers, & ad belli pacíſque munia eximium. G. Quibus rebus apparet eorum ſolertia? P. Literas & literarum. 1. operas, aliaſque etiam artes commenti ſunt. G. Quaſnam? P. Maria nauibus adire, claſſe confligere, imperitare Gentibus regnū præliumque. G. In Phœnicia, quæ ſunt memorabiles vrbes? P. In ea eſt Tiros, aliquando inſula, nunc annexa terris. G. Quo tempore primùm defecit? P. Quando ab impugnante quondam Alexandro iacta ſunt opera. G. Qui tenent vlteriora? P. Vici. G. Nihilne aliud? P. Etiam adhuc opulenta Sidon, antequam à Perſis caperetur, maritimarum vrbium maxima. G. Enumera, quæ eam ordine ſubſequantur. P. Duo ſunt oppida, Biblos & Botrys. G. Quibus finibus iacent? P. Ab. 3. ea ad promontorium Euproſopon. G. Vltra promontorium Euproſopon quot ſunt? P. Tria fuerunt. G. Quàm longè inter ſe diſtantia? P. Singulis

G.

1. Hoc eſt libros.

3. Scilicet Sidone.

gulis ſtadijs. G. Quo loco? P. Locus ex numero Tripolis dicitur. G. Quid tum ſe ſe offert? P. Simira, caſtellum & vrbs non obſcura Marathos. G. Inde iam, quæ eſt regionis forma? P. Non obliqua pelago,.2. ſed.4. aduerſa adiacens, à terra grandem. 3. ſinum inflexo tractu littoris accipit. G. Sinum qui circumſident? P. Populi dites. G. Quid facit dites? P. Situs efficit. G. Quare? P. Quia regio fertilis crebris & nauigabilibus alueis fluminum peruia, diuerſas opes maris atque terrarum facili commercio mutat, ac permiſcet. G. In ſinu quæ eſt prima prouincia? P. Reliqua pars Syriæ, cui Anthiochiæ cognomen additur. G. Quæ ſunt in ora eius vrbes? P. Sunt Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Arados. G. Inter eas vrbes qui amnes eunt? P. Lichos & Hypates, & Orontes. G. Quid tum? P. Mons Amanus, & ab eo ſtatim Miriandros & Cilices.

2. Hoc eſt, non porrigit amplius ſua litora.
4. Quia venienti pelago ſit obuiam.
3. Syriacũ.

CILICIA. CAPVT DECImum tertium.

IN hoc inflexo littoris tractu primam eſſe Syriam Antiochiam dixiſti, quid nunc in intimo eius receſſu? P. Locus eſt magni aliquando diſcriminis. G. Quid ita? P. Quia fuſorum ab Alexandro Perſarum, fugientisque Darij ſpectator ac teſtis. G. Eſtne locus vlla vrbe celebris? P. Nunc neminima quidē, tunc ingenti vrbe. G. Quod eius nomen? P. Iſſos. G. Loci deinde ipſius quod nomen? P. Sinus Iſsicus. G. Quid poſtea memorandum occurrit? P. Procul inde Amanoides promontorium. G. Quis eius ſitus? P. Inter Pyramū, Cydnumq; fluuios iacet. G. Quis eorum prior? P. Iacet Pyramus Iſſo prior. G. Quænam vrbs ad eum ſita eſt? P. 1. Mallon. 2. præterfluit. G. Cydnus quid? P. Vltra per Tarſum exit. G. Quid deinde? P. Vrbs eſt nunc Pompeiopolis, tunc Soloe. G. Quis

G. 1. Vrbam. 2. Pyram.

G. Quis eam populus tenet? P. Olim à Rhodijs Argiuiſque, pòſt Pyratis Pōpeio aſsignante poſſeſſa. G. Quid tum? P. Iuxta in paruo tumulo Arati poetæ monumentum. G. Quamobrem id referendum eſt? P. Quia ignotum, quam ob cauſam iacta in id ſaxa, diſsiliūt. G. Quid poſtea? P. Non longè hinc Corycos oppidū. G. Quis eius locus? P. Portu ſaloque incingitur. G. Quæ forma? P. Anguſtó tergore cōtinenti annexū. G. Id oppidum, qua re memorabile eſt? P. Supra eum ſpecus eſt, nomine Corycius. G. Qualis? P. Singulari ingenio ac ſupra, quàm vt deſcribi facilè poſsit, eximius. G. Quid ita? P. Grandi namq; hiatu patens montem littori appoſitū, & decem ſtadiorum cliuo ſatis arduū ex sūmo ſtatim vertice aperit. G. Qualis eius deſcenſus? P. Altè demiſſus eſt, & quanto dimittitur, amplior. G. Qualis in imo eſt? P. Viret lucis pubentibus vndique, & totum ſe nemeroſo laterū orbe complectitur. G. Mirifica quidē res. P. Adeò vt mentes accedentium

primo

primo aſpectu conſternat. G. Et amœna tamen, ſiquidem intus & tam altè ſubter terram vireat lucis pubẽtibus. P. Et adeò aſpectu pulchra, vt mentes intuentium vbi contemplati durauere non ſatiet. G. Quæ eius forma eſt? P. Vnus in eum deſcenſus. G. Qualis? P. Anguſtus, aſper. G. Quàm altus? P. Quingentorum & mille paſſuum. G. Quali nam via? P. Peramœnas vmbras & opaca ſyluæ, quiddam agreſte reſonantis, riuis hinc & illinc fluitantibus. G. Vbi ad ima peruentũ eſt, quidnam aperitur? P. Rurſus ſpecus alter, ob alia dicendus. G. Quæ nam ea ſunt? P. Terret ingredientes ſonitu cymbalorum diuinitus, & magno fragore crepitantium. G. Deinde qualis eſt? P. Aliquamdiu perſpicuus, mox, & quo magis ſubitur, obſcurior. G. Quo tandem ducit? P. Ducit auſos penitus, alteque quaſi cuniculo, admittit. G. Quid ibi conſpicitur? P. Ingens amnis ingenti fronte ſe extollens, tantũmodo ſe oſtendit, & vbi magnum impetum bre-

ui alueo traxit, iterum demerſus abſconditur. G. Quid demum interius eſt?P. Intra ſpacium eſt magis, quàm vt quiſquā progredi auſit, horribile, & ideò incognitum. G. Huius ſpecus quæ eſt deſcriptio breuis?P. Totus auguſtus & verè ſacer, habitarique à dijs, & dignus & creditus. Nihil nō venerabile, & quaſi cum aliquo numine oſtentans. G. Vltrà quidnam memorabile ſe offert?P. Alius ſpecus, quem Typhonem vocant. G. Qualis is eſt?P. Ore anguſto, et multum, vt experti tradidere, preſſus. G. Eſtne, vt prior, perſpicuus?P. Quia tam preſſus ob id aſſidua nocte ſuffuſus, nec vnquam perſpici facilis. G. Quid fuit ergo cauſæ, quamobtem de eo aliquid diceretur? P. Quia aliquādo cubile Tiphōis fuit, et quia nunc dimiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabulaque memorandus. G. Quæ deinde memorabilia ſe ſe offerunt?P. Duo promontoria, Sarpedon & Anemurium. G. Sarpedon, qua re inſigne eſt?P. Quia finis aliquando

regni

regni Sarpedonis. G. Anemurium quâ re clarum? P. Quòd Ciliciam à Pamphilia diſtinguat. G. Nihil inter ea duo promontoria interiectum eſt? P. Celendris & Natidos, Samiorum Coloniæ, inter ea ſunt. G. Vtra prior? P. Celendris Sarpedoni propior.

PAMPHILIA. CAPVT Decimum quartum.

G. PAmphiliæ quodnam caput eſt, atque initium? P. Anemurium promontorium, quod antea diximus. G. In Pamphilia quænam ſunt memorãda? P. Melas nauigabilis fluuius, oppidum Sida, & alter fluuius Eurimedon. G. Hic qua re illuſtris eſt? P. Quòd magna apud eum Simonis Athenienſium ducis naualis pugna atque victoria fuit. G. Quis maris, quo pugnatum eſt, ſitus? P. Ex ædito admodum colle proſpectat Aſpendos: G. Quam vrbem? P. Quam Argiui condidêre, poſſedêre finitimi. G. Qui alij deinde ſunt in Pamphilia fluuij? P.

Duo validiſsimi, Oeſtros et Cataractes. G. Quid eſt, quod inter eos differat? P. Ille nauigari facilis, hic quia ſe præcipitat, ita dictus. G. Inter eos fluuios quid eſt interiectum? P. Perga oppidũ, & Dianæ templũ. G. Cuius nam Dianæ? P. Quam ab oppido Pergeam vocant. G. Trans eoſdem fluuios quid eſt memorabile? P. Mons Sardemiſſos & Phaſelis vrbs, à Mopſo cõdita. G. Quis eius ſitus? P. Finis Pamphiliæ.

LYCIA. CAPVT DECImum quintum.

1. Montis Lycij.
2. Quaſi diceret, occupat totum illum tractum, qui inter Sidæ portum, & Tauri promõtoriũ iacet, hoc exiũt ab oriẽte, ille ab occidẽte.

QVæ regio Pamphiliam continuò ſequitur? P. Lycia. G. Vnde cognominata eſt? P. A Lyco Pãdionis filio. G. Qua re maximè clara eſt? P. Quòd infeſtata olim, vt ferunt. 1. Chimeræ ignibus. G. Quis eius ſitus? P. Sidæ. 2. portu, & Tauri promontorio grandem ſinum claudit. G. Taurus vnde exurgit? P. Ab Eois littoribus. G. Qualis eſt ſui initio? P. Vaſtè ſatis attollitur.

G. De-

G.Deinde quò vertitur? P. Dextro latere ad Septentrionem, ſiniſtro ad Meridiem. G.Quid in Occidentem? P.Rectus, & perpetuo iugo incedit. G.Quæ ſunt Tauri montis differentiæ? P. Alijs locis dorſum agit, alijs terras dirimit. G. Quibus locis dorſum agit? P. Vbi magnarum gentium. 3. terminus eſt. G. Quibus dirimit 4. terras? P. Vbi exit in pelagus. G. Etiam qua ſpectat orientem, qui hoc loco dictus eſt, dicitur idem? P. Idem, & totus, vt dictus eſt, dicitur etiam qua ſpectat Orientem. G. Qui deinde? P. Hæmodes & Caucaſus, & Paropamiſus. G. Qui tum? P. Caſpiæ, Pylæ, Niphates, & Armeniæ Pylæ. G. Vbi iam noſtra maria cõtingit, qui dicitur? P. Taurus iterum. G. De Tauri promontorio ſatis, vel nimium etiam multa, quid nunc poſt eius promontorium eſt? P. Flumen Lymira, & eodem nomine ciuitas. G. Nullàne alia? P. Vt multa præterea oppida, ſic præter Pataram non illuſtria. G. Illã, quid eſt, quod nobilem faciat?

3. Quia nulla re magis terminãtur gentes, quã mõtibus, quẽadmodũ in alpibus cernere poſſumus, quaſi diceret, non ſolũ exurgit à pelago, verum etiam deſinit in pelagus, medijs autem locis terminus eſt & arbiter gentium.

4. Scilicet à mari.

P. Delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico ſimile. G. Vltra quid? P. Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, mons Cragus, &, quæ Lyciam finit, vrbs Telmiſos.

CARIA. CAPVT DECImum ſextum.

G. QVæ regio Lyciam ſequitur? P. Caria. G. Quis populus Cariam incolit? P. Habitatur incertæ originis. G. Quinam exiſtimantur? P. Alij Indigenas, ſunt, qui Pelaſgos, quidam Cretas exiſtimant. G. Quod gentis ingenium eſt? P. Gens vſque eo quondã armorum pugnæque amans, vt aliena etiam bella mercede agerent. G. Quænam hîc commemorantur? P. Hic caſtella aliquot ſunt, deinde promontoria duo, Pedalium & Crya. G. Quo loco? P. Secundũ Calbim amnem. G. Nũ quod oppidũ? P. Canos. G. Quale? P. Valetudine habitãtium infame. G. Inde quæ adiacent? P. 1. Rhodiorum aliquot Coloniæ, portus duo, Gelos, & Thiſ-

1 Quia Rhodos cõtra Cariam iacet.

& Thiſſamiſſa. G. Huic vnde hoc tam peregrinum nomen obuenit? P. Ex vrbe, quā amplectitur. G. Quibus finibus iacent iſta? P. Hinc ad Halicarnaſſem. G. Inter eos. 2. portus quid eſt interiectum? P. Oppidum Larumna & Pandion collis in mare emiſſus. G. Quid tum? P. Tres ex ordine ſinus. G. Qui vocantur? P. Thymnias, Schoenus, Bubeſſus. G. Thymniæ ſinus quid proprium eſt? P. Promontorium Aphrodiſium. G. Quid Schoeni & Bubeſsi ſinuum? P. Ille Hilam ambit, hic Cynotum. G. Hoc ſpacio, quod hinc ad Halicarnaſſon iacere dixiſti, nullæ aliæ ſunt vrbes? P. ſunt: Cnidus & Euthane. G. Quo ſitu? P. Cnidus in cornu pēinſulæ. G. Quid, Euthane eodémne loco? P. Non, ſed inter eam & Cerami cum ſinum in receſſu poſita. G. Halicarnaſſos ipſa, cuius ambitu hęc omnia comprehendi dixiſti, cuius rei nomen eſt? P. Argyuorum colonia. G. Quid efficit cur memoranda ſit? P. Præter conditores Mauſoleum. G. Id,

2. Gelon & Thiſſamiſſa.

vnde tantopere celebratur?P. A materia, quod regis Mauſoli monumẽtum: à forma, quòd vnũ de miraculis ſeptẽ: à cauſa denique efficiente, quòd Artemiſiæ opus ſit. G. Hæc quidem, vt dicis, omnia citra Halicarnaſſum ſita, quid, trans eam num quid reſtat?P. Reliqua ſunt, littus, vrbes, & ſinus. G. Littus quod eſt? P. Leuca. G. Vrbes quæ ſunt, & quot? P. Tres: Myndus, Aryanda, Neapolis. G. Sinus poſtremò qui?P. Iaſius, & Baſilicus. G. Vter notior?P. Iaſius, quia in eo eſt Bargylos. G. Vter vlterior? P. Baſilicus. G. Quarè?P. Quia Cariam finit.

IONIA, CAPVT DECImum ſeptimum.

G. POſt Baſilicum, quæ regio ſequitur?P. Ionia. G. Quæ eſt eius forma?P. Aliquot ſe ambagibꝰ ſinuat. G. Vnde primum inflexum inchoat? P. A Poſidio promontorio. G. Is inflexus quas res ambitu ſuo cingit?P. Oraculum

lum Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc Didymi. G. Quid deinde? P. Miletum vrbem. G. Quid, ea vlla re celebris eſt? P. Quondam Ioniæ totius belli paciſque artibus princeps, patria Thaletis aſtrologi, Timothei muſici, & Anaximandri Phyſici, aliorumque ciuium inclitis ingenijs, meritò inclyta, adeò vt patriæ totius nomine Ioniam vocent. G. Hic primus ſinus quas præterea res complectitur? P. Vrbem Hippin, amnis Meandri exitum, Latmum montem. G. Hic qua re nobilis eſt? P. Endymionis à Luna, vt ferunt, adamati fabula. G. Deinde rurſus .1. inflexa, quas res amplitudine ſua cingit? P. Vrbem Prienem, & Geſsi fluminis oſtium. G. Tertius ſinus qualis eſt? P. Vt maiori circuitu, ita plura complectitur. G. Quænam? P. Ibi eſt Panionium ſacra regio. G. Cur eo nomine appellata eſt? P. Quòd eam communiter Iones colũt. G. Quid aliud? P. Ibi eſt Phygela. G. A quibus ea condita eſt? P. A fugitiuis, vt aiunt. G. Quæ illos

1. Scilicet, Ionia.

ratio hoc impellit, vt dicant? P. Nomẽ famæ annuit. G. Recenſe reliqua, quę hoc ſinu contineantur? P. Ibi Epheſus & Dianæ clariſsimũ templum. G. Quale tandem? P. Quod Amazones Aſia potitæ conſecraſſe traduntur. G. Perge porrò. P. Ibi Caiſtros amnis, ibi Lebedos, clarijque Apollinis fanum. Ibi Colophon vrbs. G. Fanum & vrbem ijdémne ſtatuerunt? P. Illud Manto Tireſiæ filia fugiens victores Thebanorum Epigonos, hanc Mopſus eiuſdem Mantus filius ſtatuit. G. Quo loco? P. Ad promontorium, quo ſinus clauditur. G. Plures ergo in hac ora ſinus non reperiuntur? P. Promontorium hoc altera parte aliũ, quem Smyrnæum vocant, efficit, anguſtiſque .1. ceruicibus reliqua .2. extendit. G. Inde quæ eius forma eſt? P. 3. Latius abit in peninſulæ faciem. G. Super anguſtias quæ reperiuntur? P. Hinc Teos, illic Clazomena. G. Quis earũ ſitus eſt? P. Diuerſis frontibus diuerſa .4. maria proſpectant. G. Quomodo diuerſis

fronti-

1. Quia initio anguſtius eſt, q̃ in progreſſu vel quia arctum eſt ꝓmõtoriũ inter duos ſinus.

2. Quia lõge excurrit in mare.

3. Multò latior eſt in extremo, quàm initio fuerat, vt in tabula euidentiſsimè apparet.

4. Myrtoũ & Egęum.

ſrontibus in iiſdem anguſtijs locatæ eſſe poſſunt ?P Quia terga iungunt cõfinio annexa maris. G. In ipſa. 5. peninſula quid eſt?P. Eſt Corina. G. In ſinu Smirnæo quid ? P. Thermodoon amnis, & vrbs Leuca. G. Extra eum quid? P. Phocis Ioniæ vltima.

5. Hoc eſt intra ceruices anguſtos.

ÆOLIS. CAPVT DECImum octauum.

PRoxima regio quod nomen habet?P. Ex quo ab AEolis coli cœpit, AEolis facta eſt. G. Quo antè nomine appellata?P. Myſia. G. Omninóne?P. Minimè, ſed qua Helleſpontum attingit, Troianis poſsidentibus, Troas fuit. G. Primam vrbem quomodo vocant? P. A Mirino conditore, Mirinam, G. Sequentem quis ſtatuit? P. Pelops victo Oenomao reuerſus ex Græcia. G. Quis ergo eã Cymen nominauit?P. Dux Amazonũ Cyme. G. Qua ratione tantũ ſibi arrogauit authoritatis, vt alienæ vrbi nomẽ imponeret?P. Pulſis, qui eam habitarant. G. Supra

hæc

hæc quid eſt?P. Caicus inter Eleam decurrit, & Pitanem. G. Quam vrbem? P. Illam, quæ Archeſilam tulit, nihil affirmantis academiæ clariſsimum antiſtitem. P. Tum progreſsis quid occurrit?P. Tum eſt Canna oppidum. G. Quo loco?P. In promontorio. G. Id præteruectos quidnam excipit?P. Sinus non paruus. G. Qualis? P. Longè ac molliter flexus retrahenſque paulatim oras. G. Quàm longè ?P. Vſque ad ima montis Idæ. G. 1. Iſtmos quibus rubibus aſperſus eſt?P. Paruis, quarum clariſsima eſt Ciſtena. P. 2. Gremio interiore quid capit?P. Campum Thebæ nomine. G. Quid is continet?P. Adrimition, Aſtyram, Ereſſam, oppida eorum, quo dicta ſunt ordine, adiacentia. G. Quid in altero, 3. latere?P. Antandron oppidum. G. Quæ cauſa nominis?P. Duplex, Alij Aſcanium AEneæ filium, cùm ibi regnaret, captum à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant, alij ab ijs putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat .G. Quæ

1. Is ſcilicet, qui inter Elaiticū & Ideum ſinū iacet.

2 Gremium interius eſt illud, quod intra Iſthmi anguſtias iacet.

3. In omni enim Iſthmo, duo ſunt latera.

G. Quæ hos, quæ illos ratio ducebat, vt ita opinarentur? P. Hij Antandrum, quaſi pro Andro inſula, illi quaſi pro viro accipi volunt. G. Quid ſequẽs tractus? P. Tangit Gargara & Aſſon, Aetholorum colonias. G. Quid poſtea? P. Tum ſinus alter littora incuruat. G. Quo is nomine vocatur? P. ἀχαιῶν λιμὴν. G. Quo loco? P. Non longè ab Ilio vrbe. G. Cur magis ſinus vrbe notus efficitur, quã ſinu vrbs? P. Quia bello excidioq; clariſsima eſt. G. Hoc ſinu quæ ſunt memorãda? P. Hic Sigeum fuit oppidum. Hic Achiuorum fuit bellãtium ſtatio. Hic ab Idęo mõte demiſſus Scamander exit & Simois. G. Qualia tandem flumina? P. Fama, quã natura maiora. G. Ipſe mons qua re memoratur? P. Vetere diuarum certamine, & iudicio Paridis. G. Quódnã eius ingenium eſt? P. Orientem ſolem aliter, quàm in alijs terris ſolet aſpici, oſtẽtat. G. Quid ita? P. Namque ex ſummo vertice eius ſpeculãtibus, penè à media nocte ſparſi ignes micare, & vt lux appropinquat,

ita

ita coire ac ſe coniungere videntur. G. Quàm diu hæc facies apparet? P. Donec magis magiſque collecti pauciores ſubinde, & vna ad poſtremũ flammá, ardeant. G. Qualis hæc flamma eſt? P. Cùm diu clara & incendio ſimilis effulſit, cogit ſe ac rotundat, & fit ingens globus. G. Qualis tandem globus is eſt? P. Diu grandis ac terris annexus apparet. G. Deinde qualis? P. Paulatim decreſcens, & quantum decreſcit, eò clarior. G. Qualis nouiſsimè? P. Fugat nouiſsimè noctem, & cum die ſol iam factus, attollitur. G. Extra ſinũ egreſſisquænam occurrunt? P. Rhetæa littora. G. Quibus ea rebus illuſtria ſunt? P. Rhetæo & Dardaneâ claris vrbibus; Ayacis tamẽ ſepulchro maximẽ. G. Ab iis quæ regionis forma eſt? P. Fit arctius mare. G. Quemadmodum? P. Neque enim iam .1. abluit terras, ſed .2. rurſus littus obuium findit. G. Quomodo? P. 3. Diuidens anguſto Helleſponti fræto. G. Quid illud eſt, littus obuium findit? P. Facit, vt iterum

1. Hoc eſt non abigit vaſtè cedẽtia littora

2. quia antè idem factũ eſt in fræeo Herculeo.

3. Scilicet littus obuium.

rum

rum terræ, qua.2.fluit, latera .3.ſint. 2.Helleſpõtus.

3. Scilicet quæ propè ſe contingant, vel q̃ nauigantibus vtrinque appareant.

BYTHINIA. CAPVT DEcimum nonum.

TErræ huius prementis mare, in ora ipſa, quæ ſunt vrbes? P. Sunt Graiæ vrbes, Abydos & Lampſacũ, Parion & Priapos. G. Qui ſunt .4. interius? P. Bythini & Mariandinæi. G. Vrbium ipſarum quænam præcipuam famam habent? P. Abydos & Lampſacum. G. Qua re inſignis eſt Abydos? P. Magni quondam amoris commercio. G. Lampſacum vnde nomen traxit? P. Ex eo, quòd Phocæis conſulentibus, in quaſnam terras potiſsimum tenderent, reſponſum erat, vbi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent. G. Tum quæ forma regionis? P. Rurſus fit apertius mare Propontis. G. In id mare num quis fluuius effunditur? P. Cranicus. G. Qua re nobilis? P. Pugna, quæ primum inter Perſas & Alexandrum fuit. G.

4. Verſus ſeptentrionem.

Trans

ui alueo traxit, iterum demerſus abſconditur. G. Quid demum interius eſt?P. Intra ſpacium eſt magis, quàm vt quiſquā progredi auſit, horribile, & ideò incognitum. G. Huius ſpecus quæ eſt deſcriptio breuis?P. Totus auguſtus & verè ſacer, habitarique à dijs, & dignus & creditus. Nihil nō venerabile, & quaſi cum aliquo numine oſtentans. G. Vltrà quidnam memorabile ſe offert?P. Alius ſpecus, quem Typhonem vocant. G. Qualis is eſt?P. Ore anguſto, et multum, vt experti tradidere, preſſus. G. Eſtne, vt prior, perſpicuus?P. Quia tam preſſus ob id aſſidua nocte ſuffuſus, nec vnquam perſpici facilis. G. Quid fuit ergo cauſæ, quamobrem de eo aliquid diceretur? P. Quia aliquādo cubile Tiphōis fuit, et quia nunc dimiſſa in ſe confeſtim examinat, natura fabulaque memorandus. G. Quæ deinde memorabilia ſe ſe offerunt?P. Duo promontoria, Sarpedon & Anemurium. G. Sarpedon, qua re inſigne eſt?P. Quia finis aliquando

regni

regni Sarpedonis. G. Anemurium qua re clarum? P. Quòd Ciliciam à Pamphilia diſtinguat. G. Nihil inter ea duo promontoria interiectum eſt? P. Celendris & Natidos, Samiorum Coloniæ, inter ea ſunt. G. Vtra prior? P. Celendris Sarpedoni propior.

PAMPHILIA. CAPVT Decimum quartum.

PAmphiliæ quodnam caput eſt, atque initium? P. Anemurium promontorium, quod antèa diximus. G. In Pamphilia quænam ſunt memoranda? P. Melas nauigabilis fluuius, oppidum Sida, & alter fluuius Eurimedon. G. Hic qua re illuſtris eſt? P. Quòd magna apud eum Simonis Athenienſium ducis naualis pugna atque victoria fuit. G. Quis maris, quo pugnatum eſt, ſitus? P. Ex ædito admodum colle proſpectat Aſpendos. G. Quam vrbem? P. Quam Argiui condidêre, poſſedêre finitimi. G. Qui alij deinde ſunt in Pamphilia fluuij? P.

Duo validiſsimi, Oeſtros et Cataractes. G. Quid eſt, quod inter eos differat? P. Ille nauigari facilis, hic quia ſe præcipitat, ita dictus. G. Inter eos fluuios quid eſt interiectum? P. Perga oppidũ, & Dianæ templũ. G. Cuius nam Dianæ? P. Quam ab oppido Pergeam vocant. G. Trans eôſdem fluuios quid eſt memorabile? P. Mons Sardemiſſos & Phaſelis vrbs, à Mopſo cõdita. G. Quis eius ſitus? P. Finis Pamphiliæ.

LYCIA. CAPVT DECImum quintum.

1. Montis Lycij.
2. Quaſi diceret, occupat totum illum tractum, qui inter Sidæ portum, & Tauri promõtoriũ iacet, hoc aũt ab oriẽte, ille ab occidẽte.

QVæ regio Pamphiliam continuò ſequitur? P. Lycia. G. Vnde cognominata eſt? P. A Lyco Pãdionis filio. G. Qua re maximè clara eſt? P. Quòd infeſtata olim, vt ferunt, 1. Chimeræ ignibus. G. Quis eius ſitus? P. Sidæ. 2. portu, & Tauri promontorio grandem ſinum claudit. G. Taurus vnde exurgit? P. Ab Eois littoribus. G. Qualis eſt ſui initio? P. Vaſtè ſatis attollitur.

G. De-

G. Deinde quò vertitur? P. Dextro latere ad Septentrionem, ſiniſtro ad Meridiem. G. Quid in Occidentem? P. Rectus, & perpetuo iugo incedit. G. Quæ ſunt Tauri montis differentiæ? P. Alijs locis dorſum agit, alijs terras dirimit. G. Quibus locis dorſum agit? P. Vbi magnarum gentium. 3. terminus eſt. G. Quibus dirimit. 4. terras? P. Vbi exit in pelagus. G. Etiam qua ſpectat orientem, qui hoc loco dictus eſt, dicitur idem? P. Idem, & totus, vt dictus eſt, dicitur etiam qua ſpectat Orientem. G. Qui deinde? P. Hæmodes & Caucaſus, & Paropamiſus. G. Qui tum? P. Caſpiæ, Pylæ, Niphates, & Armeniæ Pylæ. G. Vbi iam noſtra maria cōtingit, qui dicitur? P. Taurus iterum. G. De Tauri promontorio ſatis, vel nimium etiam multa, quid nunc poſt eius promontorium eſt? P. Flumen Lymira, & eodem nominè ciuitas. G. Nullàne alia? P. Vt multa præterea oppida, ſic præter Pataram non illuſtria. G. Illā, quid eſt, quod nobilem faciat?

3. Quia nulla re magis terminātur gentes, quā montibus, quēadmodū in alpibus cernere poſſumus, quaſi diceret, non ſolū exurgit à pelago, verumetiam deſinit in pelagus, medijs autem locis terminus eſt & arbiter gentium.

4. Scilicet à mari.

P. Delubrum Apollinis, quondam opibus & oraculi fide Delphico ſimile. G. Vltra quid? P. Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, mons Cragus, &, quæ Lyciam finit, vrbs Telmiſos.

CARIA. CAPVT DECImum ſextum.

G. QVæ regio Lyciam ſequitur? P. Caria. G. Quis populus Cariam incolit? P. Habitatur incertæ originis. G. Quinam exiſtimantur? P. Alij Indigenas, ſunt, qui Pelaſgos, quidam Cretas exiſtimant. G. Quod gentis ingenium eſt? P. Gens vſque eo quondã armorum pugnæque amans, vt aliena etiam bella mercede agerent. G. Quænam hîc commemorantur? P. Hîc caſtella aliquot ſunt, deinde promontoria duo, Pedalium & Crya. G. Quo loco? P. Secundũ Calbim amnem. G. Nũ quod oppidũ? P. Canos. G. Quale? P. Valetudine habitãtium infame. G. Inde quæ adiacent? P. 1. Rhodiorum aliquot Coloniæ, portus duo, Gelos, & Thiſ-

1 Quia Rhodos cõtra Cariam iacet.

& Thiſſamiſſa. G. Huic vnde hoc tam peregrinum nomen obuenit? P. Ex vrbe, quā amplectitur. G. Quibus finibus iacent iſta? P. Hinc ad Halicarnaſſem. G. Inter eos. 2. portus quid eſt interiectum? P. Oppidum Larumna & Pandion collis in mare emiſſus. G. Quid tum? P. Tres ex ordine ſinus. G. Qui vocantur? P. Thymnias, Schoenus, Bubeſſus. G. Thymniæ ſinus quid proprium eſt? P. Promontorium Aphrodiſium. G. Quid Schoeni & Bubeſsi ſinuum? P. Ille Hilam ambit, hic Cynotum. G. Hoc ſpacio, quod hinc ad Halicarnaſſon iacere dixiſti, nullæ aliæ ſunt vrbes? P. ſunt: Cnidus & Euthane. G. Quo ſitu? P. Cnidus in cornu pēinſulæ. G. Quid, Euthane eodémne loco? P. Non, ſed inter eam & Cerami cum ſinum in receſſu poſita. G. Halicarnaſſos ipſa, cuius ambitu hęc omnia comprehendi dixiſti, cuius rei nomen eſt? P. Argyuorum colonia. G. Quid efficit cur memoranda ſit? P. Præter conditores Mauſoleum. G. Id,

2. Gelon & Thiſſamiſſa.

vnde tantopere celebratur? P. A materia, quod regis Mauſoli monumẽtum: à forma, quòd vnũ de miraculis ſeptẽ: à cauſa denique efficiente, quòd Artemiſiæ opus ſit. G. Hæc quidem, vt dicis, omnia citra Halicarnaſſum ſita, quid, trans eam num quid reſtat? P. Reliqua ſunt, littus, vrbes, & ſinus. G. Littus quod eſt? P. Leuca. G. Vrbes quæ ſunt, & quot? P. Tres: Myndus, Aryanda, Neapolis. G. Sinus poſtremò qui? P. Iaſius, & Baſilicus. G. Vter notior? P. Iaſius, quia in eo eſt Bargylos. G. Vter vlterior? P. Baſilicus. G. Quare? P. Quia Cariam finit.

IONIA. CAPVT DECImum ſeptimum.

G. POſt Baſilicum, quæ regio ſequitur? P. Ionia. G. Quæ eſt eius forma? P. Aliquot ſe ambagibꝰ ſinuat. G. Vnde primum inflexum inchoat? P. A Poſidio promontorio. G. Is inflexus quas res ambitu ſuo cingit? P. Oraculum

lum Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc Didymi. G. Quid deinde? P. Miletum vrbem. G. Quid, ea vlla re celebris eſt? P. Quondam Ioniæ totius belli paciſque artibus princeps, patria Thaletis aſtrologi, Timothei muſici, & Anaximandri Phyſici, aliorumque ciuium inclitis ingenijs, meritò inclyta, adeò vt patriæ totius nomine Ioniam vocent. G. Hic primus ſinus quas præterea res complectitur? P. Vrbem Hippin, amnis Meandri exitum, Latmum montem. G. Hic qua re nobilis eſt? P. Endymionis à Luna, vt ferunt, adamati fabula. G. Deinde rurſus .1. inflexa, quas res amplitudine ſua cingit? P. Vrbem Prienem, & Geſsi fluminis oſtium. G. Tertius ſinus qualis eſt? P. Vt maiori circuitu, ita plura complectitur. G. Quænam? P. Ibi eſt Panionium ſacra regio. G. Cur eo nomine appellata eſt? P. Quòd eam communiter Iones colũt. G. Quid aliud? P. Ibi eſt Phygela. G. A quibus ea condita eſt? P. A fugitiuis, vt aiunt. G. Quæ illos

1. Scilicet, Ionia.

 ratio

ratio hoc impellit, vt dicant? P. Nomē famæ annuit. G. Recenſe reliqua, quę hoc ſinu contineantur? P. Ibi Epheſus & Dianæ clariſsimū templum. G. Quale tandem? P. Quod Amazones Aſia potitæ conſecraſſe traduntur. G. Perge porrò. P. Ibi Caiſtros amnis, ibi Lebedos, clarijque Apollinis fanum. Ibi Colophon vrbs. G. Fanum & vrbem ijdémne ſtatuerunt? P. Illud Manto Tireſiæ filia fugiens victores Thebanorum Epigonos, hanc Mopſus eiuſdem Mantus filius ſtatuit. G. Quo loco? P. Ad promontorium, quo ſinus clauditur. G. Plures ergo in hac ora ſinus non reperiuntur? P. Promontorium hoc altera parte aliū, quem Smyrnæum vocant, efficit, anguſtiſque .1. ceruicibus reliqua .2. extendit. G. Inde quæ eius forma eſt? P. .3. Latius abit in peninſulæ faciem. G. Super anguſtias quæ reperiuntur? P. Hinc Teos, illic Clazomena. G. Quis earū ſitus eſt? P. Diuerſis frontibus diuerſa .4. maria proſpectant. G. Quomodo diuerſis fronti-

1. Quia initio anguſtius eſt, q̃ in progreſſu vel quia arctum eſt pmōtoriū inter duos ſinus.

2. Quia lōge excurrit in mare.

3. Multò latior eſt in extremo, quàm initio fuerat, vt in tabula euidentiſsimè apparet.

4. Myrtoū & Eggum.

frontibus in ijſdem anguſtijs locatæ eſſe poſſunt? P. Quia terga iungunt cõfinio annexa maris. G. In ipſa.5. peninſula quid eſt? P. Eſt Corina. G. In ſinu Smirnæo quid? P. Thermodoon amnis, & vrbs Leuca. G. Extra eum quid? P. Phocis Ioniæ vltima.

5. Hoc eſt intra ceruices anguſtos.

ÆOLIS. CAPVT DECIMUM OCTAUUM.

PRoxima regio quod nomen habet? P. Ex quo ab AEolis coli cœpit, AEolis facta eſt. G. Quo antè nomine appellata? P. Myſia. G. Omninòne? P. Minimè, ſed qua Helleſpontum attingit, Troianis poſsidentibus, Troas fuit. G. Primam vrbem quomodo vocant? P. A Mirino conditore, Mirinam. G. Sequentem quis ſtatuit? P. Pelops victo Oenomao reuerſus ex Græcia. G. Quis ergo eã Cymen nominauit? P. Dux Amazonũ Cyme. G. Qua ratione tantũ ſibi arrogauit authoritatis, vt alienæ vrbi nomẽ imponeret? P. Pulſis, qui eam habitarant. G. Supra

hæc

hæc quid eſt?P. Caicus inter Eleam decurrit, & Pitanem. G. Quam vrbem? P. Illam, quæ Archeſilam tulit, nihil affirmantis academiæ clariſsimum antiſtitem. P. Tum progreſsis quid occurrit?P. Tum eſt Canna oppidum. G. Quo loco?P. In promontorio. G. Id præteruectos quidnam excipit? P. Sinus non paruus. G. Qualis? P. Longè ac molliter flexus retrahenſque paulatim oras. G. Quàm longè ?P. Vſque ad ima montis Idæ. G. 1. Iſtmos quibus rubibus aſperſus eſt?P. Paruis, quarum clariſsima eſt Ciſtena. P. 2. Gremio interiore quid capit?P. Campum Thebæ nomine. G. Quid is continet?P. Adrimition, Aſtyram, Ereſſam, oppida eorum, quo dicta ſunt ordine, adiacẽtia. G. Quid in altero. 3. latere?P. Antandron oppidum. G. Quæ cauſa nominis?P. Duplex, Alij Aſcanium AEneæ filium, cùm ibi regnaret, captum à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorant, alij ab ijs putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat .G. Quæ

1. Is ſcilicet, qui inter Elaiticũ & Ideum ſinũ iacet.

2 Gremium interius eſt illud, quod intra Iſthmi anguſtias iacet.

3. In omni enim Iſthmo, duo ſunt latera.

G. Quæ hos, quæ illos ratio ducebat, vt ita opinarentur? P. Hij Antandrum, quaſi pro Andro inſula, illi quaſi pro viro accipi volunt. G. Quid ſequẽs tractus? P. Tangit Gargara & Aſſon, Aetholorum colonias. G. Quid poſtea? P. Tum ſinus alter littora incuruat. G. Quo is nomine vocatur? P. ἀχαιῶν λιμὴν. G. Quo loco? P Non longè ab Ilio vrbe. G. Cur magis ſinus vrbe notus efficitur, quã ſinu vrbs? P. Quia bello excidioq; clariſsima eſt. G. Hoc ſinu quæ ſunt memorãda? P. Hic Sigeum fuit oppidum. Hic Achiuorum fuit bellãtium ſtatio. Hic ab Idęo mõte demiſſus Scamander exit & Simois. G. Qualia tandem flumina? P. Fama, quã natura maiora. G. Ipſe mons qua re memoratur? P. Vetere diuarum certamine, & iudicio Paridis. G. Quódnã eius ingenium eſt? P. Orientem ſolem aliter, quàm in alijs terris ſolet aſpici, oſtẽtat. G. Quid ita? P. Namque ex ſummo vertice eius ſpeculãtibus, penè à media nocte ſparſi ignes micare, & vt lux appropinquat, ita

rum terræ, qua.2.fluit, latera.3.ſint. 2.Helleſpõtus. 3. Scilicet quæ propè ſe contingant, vel q̃ nauigantibus vtrinque appareant.

BYTHINIA. CAPVT DEcimum nonum.

TErræ huius prementis mare, in ora ipſa, quæ ſunt vrbes? P. Sunt Graiæ vrbes, Abydos & Lampſacũ, Parion & Priapos. G. Qui ſunt 4. interius? P. Bythini & Mariandinæi. G. Vrbium ipſarum quænam præcipuam famam habent? P. Abydos & Lampſacum. G. Qua re inſignis eſt Abydos? P. Magni quondam amoris commercio. G. Lampſacum vnde nomen traxit? P. Ex eo, quòd Phocæis conſulentibus, in quaſnam terras potiſsimum tenderent, reſponſum erat, vbi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent. G. Tum quæ forma regionis? P. Rurſus fit apertius mare Propontis. G. In id mare num quis fluuius effunditur? P. Cranicus. G. Qua re nobilis? P. Pugna, quæ primum inter Perſas & Alexandrum fuit. G.

4. Verſus ſeptentrionem.

Trans

Trans Cranicum amnem quidnam ſedet? P. Cyzicus vrbs. G. Quo in loco? P. In ceruice peninſulæ. G. Quis vrbi nomen indidit? P. Cyzicus. G. Cyzicus is quis eſt? P. Quem mynyis imprudentibus, cùm Colchos peterent, fuſum aciè cæſumq; accepimus. G. Quid poſt Cyzicum? P. Placio, & Scilace, paruæ Pelaſgorum coloniæ. G. Iis quidnam à tergo imminet? P. Mons Olympus. G. Is nullóne alio nomine cognitus? P. Myſium incolæ vocant. G. Is qua re nobilis eſt? P. Flumen Rhyndacum in ea, quæ ſequuntur, emittit. G. Rhyndacus fluuius qua re celebratur? P. Circa eum angues naſcũtur immanes. G. Ob magnitudinem modò mirabiles ſunt? P. Non ob magnitudinem modò, ſed ob id etiam, quòd, vbi in alueum eius æſtus ſolemq; fugerunt, emergunt atq; hiant, ſuperuolantesq; aues, quamuis altè & perniciter ferantur, abſorbent. G. Iam trans Rhyndacum quid conſpicitur? P. Daſcylos, &, quã Colophonij collocauêre, Myrlæa. G. Inde, quæ regionis

for-

ſorma? P. Duo ſunt inde modici ſinus. G. Quæ ſũt eorũ nomina? P. Alter ſine nomine. G. Qua ergo re notus efficitur? P. Cion amplectit. G. Quid id eſt? P. Phrygię haud lõge iacentis oportuniſsimum emporium. G. Quis alter ſinus? P. Olbianus. G. Quid is fert? P. In promontorio Neptuni fanum. In gremio Aſtacum à Megarenſibus conditam. G. Quæ deinde regionis forma? P. Deinde priores terræ. 1. iterum. 2. iacent. G. Quid hoc ſibi vult, quod terras iacere narras? P. Exituri in pontum pelagi canalis anguſtior eſt. G. Canalis is qui vocatur? P. Thracius, vt dictum eſt, Boſphorus. G. Is quã anguſtus eſt? P. Europam ab Aſia ſtadijs quinque diſterminat. G. In Boſphoro quidnam conſpicitur? P. Oppidum & templum. G. Quibus in locis Boſphori? P. Hoc in ore, illud in ipſis. 3. faucibus. G. Quod oppidi nomen? P. Calcedon. G. Quis eius autor? P. Archias Megarenſium princeps. G. Templum cui ſacrũ? P. Templi numẽ Iuppiter. G. Quo con-

1. Sicut antea in Helleſponto.
2. Quia nõ vt antea latè abiguntur.
3. Hoc eſt, interius.

ditore?P. Iaſone. G. Quæ tum regionis forma? P. Hic iam ingens pontus ſeſe aperit. G. Quæ eius facies? P. Huc atque illuc longo rectoque limite extentus. G. Omninó ne? P. Niſi qua promótoria ſunt, ſinuatus cætera. G. Qua parte minus abſcedit? P. 2. Contra minus, quam ad 3. dextram. & leuam abſcedit. G. Quid inde conſequitur? P. Inde fit, vt mollibus faſtigijs, donec anguſtos vtrinque angulos faciat, inflectatur. G. Quemadmodum? P. Ad formã Schythici arcus maximè incuruus. G. Quali eſt pontus ingenio? P. Breuis, atrox, nebuloſus, raris ſtationibus, non molli, neque arenoſo circũdatus littore, vicinus Aquilonib⁹, fluctuoſus poſtremò, atque feruens. G. Quæ eius rei cauſa? P. Quia non profundus eſt. G. Quo nomine dicitur? P. Euxinus. G. Quæ nominis ratio? P. Commercio aliarum gentium mollitis aliquantulum morib⁹. G. Quo ergo nomine olim dictus eſt? P. Axenus. G. Quare? P. Excolẽtium ſæuo admodum ingenio. G. In

2. Hoc eſt, ad ſeptentrionem.

3. Hoc eſt, ad Orientẽ & Occidẽtem.

Hac deſcriptione nihil eloquẽti⁹ fieri poteſt, nihil quòd rem ſub oculos magis ſubijciat.

pon-

ponto qui primùm populi habitant? P. Mariandinæi. G. Quam vrbem?P. Heracleam. G. A quonam ea data eſt? P. Ab Argiuo, vt ferunt, Hercule. G. Quæ res famæ fidem adiecit? P. Iuxta ſpecus eſt Acheruſia ad manes, vt aiũt, peruius, atque inde extractum Cerberum exiſtimant.

PAPHLAGONIA.
Caput vigeſimum.

G. Acheruſiam ſpecum quid tũ ſequitur? P. Tios oppidum. G. Cuius nam ſoli gentiſque? P. Iam Paphlagonum. G. Quid olim? P. Mileſiorum colonia. G. Quid eſt prætetea in Paphlagonum regione memorandum? P. Carambis promontoriũ. G. Quo in loco? P. In littoribus penè medijs. G. Nihilne citra eſt? P. Citra Parthenius amnis, vrbes Seſamus, Cronua, et Cythoros. G. Hæc quare eo nomine vocata eſt? P. Quia à Cythoro Frixi filio poſita. G. Quid trãs Carãbin accolit? P. Cimolis et Armene. G. Quare Armenẽ nõinaſti?

inſtituta ſunt? P. Palam reges ſuffragio deligunt, vinculiſque & arctiſsima cuſtodia tenẽt. Atque vbi culpam prauè imperãdo meruêre, inedia totius diei afficiũt. G. Quales deniq; eorũ mores ſunt? P. Aſperi, inculti, pernoxij appulſis. G. Qui deinde populi ſunt? P. Macrocephali, Diſcheri, Buxedi. G. Suntne tam inculti, quàm quos antea diximus. P. Minus feri, verùm & hij inconditis moribus. G. Multæne & crebræ ijs vrbes ſunt? P. Raræ. G. Earum ipſarum quæ ſunt maximè illuſtres? P. Cerasus & Trapeſus. G. Quis inde locus eſt? P. Is, vbi finem ductus à Boſphoro, tractus accipit. G. Quæ ergo deinde regionis forma? P. Inde ſe in ſinu aduerſi littoris flexus attollens, anguſtiſsimum ponti facit angulũ. P. Qui ſunt hic populi? P. Hic ſunt Colchi. G. Quis huc fluuius erũpit? P. Phaſis. G. Quod oppidũ? P. Eodem nomine quo amnis, Atheni ſtagora Myleſio deductum oppidum. G. Quid præterea? P. Hic Phrixi templum, & lucus fa-

bula vetere pellis aureæ nobilis. G. Quid tum?P. Hinc orti mõtes lõgo ſeiugo exporrigunt. G. Quàm longe?P. Donec Riphęis coniungantur. G. Qua obuerſi? P. Altera parte in Euxinum Meotida, & Tanaim: Altera in Caſpium pelagus. G. Qui dicũtur?P. Ceraunij. G. Vbique ne?P. Non, ſed vt alijs alijſq́; oppoſiti gentibus, ita aliubi Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpij, Coraxici, Caucaſi vocantur. G. Nullũ ne aliud hijs oris oppidũ, præter Phaſim, memoratur?P. Oppidum eſt, quod cõſtituiſſe, & Cygnum appellaſſe dicuntur, Græci mercatores. G. Quæ ratio nominis?P. Quia cum cæca tempeſtate agerẽtur, ignaris, quæ terra eſſet, Cygni vox notam dederat. G. Quis eius ſitus? P. In primo flexu iã curui littoris. G. Reliqua eius littoris qui tenent? P. Melanchlæni. G. Quænam gentes? P. Feræ incultęq́;. G. Qua regione?P. Vaſto mari aſsidẽtes. G. Qui igitur terreſtria tenent?P. Sexſolitæ, Coraxi, Pthirophagi, Hæniochi, Achæi, Cercetici, Sindones. G. Quouſq; ?P Etiã in cõfi-

nia Meotidos.G. In tanta gentiũ multitudine nullæ vrbes ſunt?In Heniochorum finibus Dioſcurias condita eſt.G. A quo?P. A Caſtore & Polluce Pontũ cum Iaſone ingreſsis.G.Quid,in reliquorũ finibus nullæ ſunt? P. Sindos eſt in Sindonũ finibus. G.A quibus condita?P. Ab ipſis terrarũ cultoribus. G. Quæ tunc forma regionis?P. Obliqua tunc regio, & in latum modicè patens excurrit.G.Quánam?P.Inter pontũ paludemq; ad.1.Boſphorũ.G.Boſphoranæ regionis quæ figura eſt?P. Duobus alueis in lacũ & in mare profluens,Corocũdamam peninſulã reddit.G.Quæ ſunt in ea peninſula vrbes?P.Quatuor, Harmonaſſa,Cæpe,Phanagoria, Cimmerium.G.Hoc poſtremũ,quo peninſulæ loco ſitum eſt? P. In ipſo ore.G. Huc ingreſſos quidnam accipit?P.Lacus Meotis.G.Qualis? P.Longè lateq; diffuſus. G. Qua terras tangit,quæ eius forma? P.Incuruo circundatus latere.G. Qua mari propior eſt,quæ eius forma eſt?P Quaſi margine obductus.

1. Scilicet Cimmeriũ.

G. Omninóne?P. Niſi vbi aperitur, G. Quid ergo? eſtne ponto ſimilis? nam eadem fere fuit Ponti facies. P. Citra magnitudinem prope ponto ſimilis. G. Lacus oram qui incolunt. P. Mçotici. G. Quam? P. Illã, quæ à Boſphoro ad Tanaim vſque deflectitur. G. Mæotici illi quibus nominibus vocantur? P. Toreatæ, Arrichi, Phicores, & Iaxamatæ. G. Hi quo ordine ſiti ſunt? P. Oſtio flumi nis proximi. G. Mæoticorum qui ſunt mores? P. Apud eos eaſdem artes feminæ, quas viri, exercent. G. Quid, plane eaſdem? P. Adeo, vt ne militia quidem vacēt. G. Nulláne ergo inter ſexus differentia? P. Alia nulla, quàm quòd viri pedibus inhęrēt, ſagittiſque depugnãt. Illæ æqueſtre prælium ineunt. G. Quæ eſt eorum dimicandi ratio? P. Ferro nõ dimicãt, ſed quos laqueis intercepere, trahendo conficiunt. G. Quæ lex fœminis poſita eſt, vt nubiles habeantur? P. Non in ętate modus eſt, niſi quę hoſtem interemere, virgines manēt. G. Sic ęrgo ad Tanaim longo itinere perdu-

ctiſu-

cti ſumus : Ipſe vnde deiectus eſt? P. Ex Ripheo monte. G. Quomodo inde ruit? P. Adeò preceps, vt cùm vicina flumina, tum Mæotis & Boſphorus, tum pōti aliqua brumali rigore durentur, ſolus eſtus hyememque iuxta ferēs, idem ſemper & ſublimis incitatuſque decurrat. G. Ripas eius, & ripis hærentia qui populi tenent? P. Sauromatæ. G. Vnane gens? vnus populus, & vnum nomē? P. Minimè, ſed aliquot populi aliquot nomina. G. Qui primi? P. γυναικοκρατούμενοι, regna Amazonū. G. Quale eſt eorum ſolum? P. Fœcūdos pabulo ad alia ſteriles nudosq; campos tenent Budini. G. Qui tum? P. Geloni vrbē ligneam habitant. G. Iuxta eos qui ſunt? P. Thyrſagetæ, Turcæque. G. Quibus locis habitant? P. Vaſtas ſyluas occupant. G. Quis eorum cibus? P. Aluntur venādo. G. Quæ deinde regionis natura? P. Latè aſpera et deſerta regio. G. Quare? P. Cōtinuis rupibus. G. Quouſque permittit ea regio? P. Ad Arimpheos vſque. G. Ijs qui mores ſunt? P. Iuſtiſsimi.

G. Quid pro domibus habent? P. Nemora. G. Quæ ſunt eorum alimenta? P. Baccæ. G. Quis habitus? P. Et viris & fœminis nuda ſunt capita. G. Tã ſacros & iuſtos homines minimè tutum videri poteſt inter tam efferatos habitare. P. Adeò ipſos nemo de tam feris gentibus violat, vt alijs quoque ad eos cõfugiſſe pro aſylo ſit. G. Vltra Arimphæos quid eſt? P. Vltra ſurgit mons Riphæus. G. Vltra eum quid? P. Vltra eum iacet ora, quæ ſpectat oceanum.

Finis libri primi.

DE SITV ORBIS, LIBER SECVNDVS.

SCYTHIA EVROPAEA.

QVid eſt, quod hactenus dixiſti? P. Aſiæ ſitũ ac finem. G. Cuius tandem Aſiæ? P. Aſię in noſtrum mare Tanaimque. 1. vergentis. G. Hucuſque progreſſus, quem nunc curſum nauigationis tenebis in orbis relliqui ſitu tradendo? P. Per Tanaim in Meotida remeabo. G. Remeãti quidnam ad dexterã eſt? P. Europa. G. Modo innauiganti tibi in Tanaim ex Meotide quomodo ea locata fuit? P. Siniſtro latere innauigantium apposita. G. Ea quouſque pertinet ad Septẽtrionem? P. Riphæis montibus proxima eſt. G. Riphæos montes paulò anteà in Aſia eſſe dixiſti. P. Et huc illi perti-

G.

1. Scilicet occidentalis

pertinent. G. Vltra Riphæos quidnam cõſpicitur? P. Adeò inuia ſunt, vt ne viſum quidem intendentium admittant. G. Quamobrem? P. Cadentes aſsiduè niues efficiunt. G. Eadémne etiam citra Riphæos eſt cæli aſperitas? P. Imò, deinde eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis tamen. G. Qui fit, vt tam opimum ſolum deſertum ſit tamen? P. Quia Gryphi aurũ terra penitus egeſtũ mirè amant, mireq́; cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus. G. Quales Gryphi? P. Sæuum, & pertinax ferarum genus. G. Cùm non perpetuo inhabitabilis Europa ſit, qui ſunt primi hominum eam incolentium? P. Primi ſunt Scythæ. G. Cùm Scytharum gens multiplex ſit, qui ſunt ex ijs primi? P. Arimaſpi. G. Hijs quod eſt ingeniũ? P. Scythæ ſunt, queis ſinguli oculi eſſe dicuntur. G. Deinceps qui ſunt? P. Ab eis Eſſedones ſunt. G. Quã longè? P. Vſque ad Meotida. G. Meotidos quæ eſt forma? P. Flexum agit. G. Quæ ſunt in eo memorãda? P. Huius flexũ Byges Am-

nis

nis ſecat. G. Qui accolæ cingunt? P. Agathyrſi & Sauromatæ ambiunt. G. Vnóne communi nomine dicuntur? P. Hamaxobitę. G. Quamobrem? P. Quia pro ſedibus plauſtra habent. G. Quę eſt deinceps regionis forma? P. Obliqua tunc. 1. plaga. G. Qua excurrit? P. Ad Boſphorum. G. Quæ ſunt eius plagæ fines? P. Pōto ac Meotide includitur. G. A quibus populis inhabitatur? P. In paludem vergentia, Satarchæ tenent. G. In Boſphorum Cimmerium vergentia qui tenēt? P. Oppida Myrmetion. Panticapeũ Theodoſia Hermiſiũ. G. In Euxinũ vergentia qui poſsident? P. Taurici. G. Tauricos quid ſequitur. P. Super eos ſinus eſt portuoſus. G. Is q appellatus eſt? P. καλος λιμὴν. G. Quare eo nomine vocatur? P. Ideo, quia portuoſus. G. Sinus quis eſt ſitus? P. Promontorijs duobus includitur. G. Promontoria quemadmodum vocant? P. Alterum κριȣ μέτωπον, Alterum parthenion. G. Illius quis eſt ſitus? P. Carābico, quod in Aſia diximus, patet aduerſũ. G. huic quid

1. Taurici Cherſoneſi.

quid adiacet? P. Cherſoneſus oppidum à Diana, ſi credatur, conditū. G. Quare id oppidum maximè illuſtre? P. Nimpheo ſpecu, quod in arce ei9 Nimphis ſacratum eſt. G. Quę tum orarum forma? P. 1. Subit ripā mare. G. Quouſq;? P. Donec 2. quinque milia paſſuum abſit à Meotide. G. Quomodo ſubit ripā? P. 3. Refugētia ſubſequē; littora: G. Littora hæc qui tenent? P. Satarchæ & Taurici. G. Quæ eſt eius loci forma? P. Peninſulā reddit. G. Quod inter paludem & ſinum eſt, quomodo nominatur? P. Taphrę. G. Iſthmi nomē dictū. 4. eſt, quod ergo eſt ſinus nomē? P. Carcinites. G. In ſinu qd eſt? P. Vrbs Carcine. G. Ea quibus reb. nota eſt? P. Quòd eam duo flumina Gerras & Hypacyris attingunt. G. Quid hæc flumina commune habent? P. Quod vno oſtio effluunt. G. Quid eſt, quod inter ea differat? P. Diuerſis fontibus & aliūdè dilabunt. G. Quo ergo loco Gerros euoluitur? P. Inter Baſilidas & Nomadas. G. Quæ deinde regionis forma? P. Syl-

1. Hoc eſt, ſubſequitur ripā, hactenus enim paludis Meotidis ripa fuit.

2. Iſthmi enim ſpaciū inter ſinū Carcinitū & paludem nō latius quinque millib9 paſſuū.

3. Quia agit ante ſe littora.

4. Taphrę.

Sylue deinde ſunt. G. Quales? P. Quaſ maximas hæ terræ ferunt. G. Nihil ne preterea in illa ora notũ? P. Panticapes fluuius. G. Quis is eſt? P. Qui Nomadas Georgoſque diſterminat. G. Qualis tum terra? P. Longè diſtenta. 1. excedẽs, tenui radice littori annectitur. G. Qualis poſt? P. Spatioſa modicè, paulatim ſe ipsã faſtigiat. G. Qua forma? P. Facie poſiti enſis allecta, quaſi ĩ mucronem lõga colligẽs latera. G. Quo nomine dicta eſt hęc ora? P. δρομὲ ἀχιλλειος. G. Quare? P. Ideo, quia Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, et cũ ab armis quies erat, ſe ac ſuos curſu exercitauiſſe memoratur. G. Quid tum memorabile occurrit? P. Boryſthenes. G. Is, inter quas gentes euoluitur? P. Gentem ſui nominis abluit. G. Qualis eſt? P. Inter Scythiæ amnes amœniſſimus. G. Quali alueo? P. Turbidis aliis, liquidiſsimus, defluit, placidior, quã cæteri, potariq; pulcherrimus. G. Quale ſolum irrigat? P. Alit lętiſsima pabula

1. In pmõtorium arctiſsimum ad occidentem. Vide Ptolc. tab. Eur. 6. lõg. 60. lat. 48.

la magnoſque piſces, quibus & optimus ſapor & nulla oſſa ſunt. G. Vnde oritur? P. Ignotis è fontibus. G. Quàm longè venit? P. Quadraginta dierum iter, alueo ſtringit. G. Hoc ſpatio qualis eſt? P. Nauigabilis. G. Quo loco egreditur? P. Secundum Boryſthenida & Olbida græca oppida. G. Poſt Boryſthenidas quis populus littora tenet? P. Callipide. G. Eorum quis finis eſt? P. Callipidas Hypanis includit. G. Vnde is oritur? P. Ex grandi palude. G. Paludi quod eſt nomen? P. Matrem eius accolę appellant. G. Perpetuó ne idem, & ſui ſimilis eſt? P. Diu, qualis nat⁹ eſt, defluit. G. Quid tandē? P. Non longè a mari, adeò amaras aquas accipit, vt ipſe iā ſui diſsimilis, nō dulcis hinc defluat. G. Vnde eas amaras aquas accipit? P. Ex fonte, cui Exampeo cognomen eſt: G. Quid nunc proximè ſequitur. P. Axiaces fluui⁹. G. Quo loco deſcendit. P. Intra Callipidas Axiacaſque. G. Quis terminus Axiacum? P. Hos ab Iſtricis Tyra ſeparat. G. Quo loco ſurgit?

git?P.In Neuris.G.Qua exit?P. Vbi ſui nominis oppidum attingit.G. Quis tū fluuius ſequitur? P. Ille, qui Scythiæ populos à ſequentibus dirimit.G.Quo locò fōtes ſuos aperit?P.In Germania. G.Quo nómine exoritur?P.Per immania magnarum gentium diu,Danubius eſt.G. Quo nomine deſinit?P.Deinde, aliter appellantibus incolis,Iſter fit.G. Qualis eſt,vbi effluit?P. Acceptis aliquot amnibus ingens iam,& eorū,qui in noſtrúm mare decidunt,tantum Nilo minor.G. Quot oſtijs euoluitur?P. Totidem,quot ille.G. Paribúsne omnibus?P.Tribus tenuib',relliquis nauigabilibus.G.Tot gentium,quot hactenus percēſuimus, ingenia cultuſq; quare differant,nunc videam'.Apud Eſſedones primum,quæ eſt funerum ratio? P.Funera parentum læti & victimis ac feſto coitu familiarium celebrant.G. Quomodo?P.Corpora ipſa laniata & cęſis pecorum viſceribus immixta,epulando conſumunt.G.Capita ergo humant?P. Non, ſed vbi fabrè expoliuere

auro cincta pro poculis gerunt, atquẽ hæc ſunt apud eos vltima pietatis officia. G. Agathyrſorum quis eſt habitus? P. Ora artuſque pingunt. G. Paritér ne omnes? P. Vt quique maioribus præſtant, ita magis vel minus. G. Alijs ergo notis nobiles, alijs plebei inurũtur? P. Non, ſed ijſdẽ omnes notis, et ſic, vt ablui nequeant. G. Sarmatarum qui ſunt ritus? P. Auri & argenti ignarĩ ſunt. G. Maximorúmne commodorũ, quæ generi humano rerum natura cõtulit, ignaros eſſe? P. Imò maximarũ peſtium. G. Quomodo ergo inter ſe cõtrahunt? P. Eorum vice, rerum commercia exercent. G. Qualis eorum ędificandi ratio? P. Ob ſæua hyemis admodum, aſsiduè demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant. G. Qualis veſtiendi? P. Totum braccati corpus, &, niſi qua vident, etiam ora veſtiti. G. Qua re maximè memorandi ſunt? P. Tauri Iphigenia, & Oreſtis aduentu. G. Quales ſunt moribus? P. Immanes, immanem enim famam

famam habent, ſolere victimis aduenas cædere. G. Baſilidis vnde ſunt generis principia? P. Ab Hercule & Echidna. G. Qui ſunt mores? P. Regij. G Quę ſunt arma? P. Tantum ſagittæ. G. Quemadmodum vitam agunt? P. Vagi Nomades pecorum pabula ſequũtur, atque vt illa pecorum durant, ita diu ſtatam ſedem agunt. G. Georgi quemadmodum viuunt? P. Colunt, exercentque agros. G. Axiacæ poſtremò quales ſunt? P. Furari quid ſit, ignorant. G. Sua ergo non cuſtodiunt? P. Nec aliena contingunt. G. Interius habitantiũ quis ritus, & quæ regio eſt? P. Aſperior & incultior. G. Quomodo? P. Bella cædeſque amant. G. Bellantibus quis mos eſt? P. Cruorem eius, quem primùm interemerunt, ipſis è vulneribus ebibere. G. Quæ eſt apud eos maxima laus? P. Vt quiſque plures interemerit, ita eximius habetur. G. Quod maximũ oppro

F 2 brium

brium? P. Expertem eſſe cędis. G. Fœdera inter ſe quemadmodum percutiũt? P. Ne fœdera quidem incruenta ſunt. G. Quid ita? P. Sauciãt ſe, qui paciſcuntur, exceptumque ſanguinem, vbi permiſcuere, deguſtãt. G. Quare? P. Id putãt manſuræ fidei pignus certiſsimũ. G. Quæ eſt eorum epulandi ratio? P. Inter epulas, quot quiſque interfecerit, lętiſſima & frequentiſsima mentio eſt. G. Quis eſt in cõuiuijs præcipuus honos? P. Binis poculis, qui plurimos cæſos retulêre, perpotatis interlocantur. G. Quid habent cum Eſſedonibus commune? P. Pocula vt illi parentum, ita hij inimiciſsimorum capitibus expoliũnt. G. Apud Andropophagos qui ſunt ritus? P. Ipſæ etiam epulæ viſceribus humanis apparantur. G. Gelonis qui? P. Hoſtium cutibus equos ſeque velant. G. Eodem ne modo? P. Illos reliqui corporis, ſe capitum. G. Melanchlæni quales ſunt? P. Hjs atra veſtis eſt. G. Vnde ijs hoc nomen? P. Ex veſte. G. Súntne alij interius habitantium

tium populi? P. Neuri. G. Quæ ſunt eorum inſtituta? P. Statum ſingulis tempus eſt, quo ſi velint in lupos, iterumque in eos, qui fuerunt, mutentur. G. Quod horum omnium, quos diximus, populorum numen eſt? P. Mars omnium Deus. G. Quæ ei ſimulachra dedicant? P. Nulla, ſed pro ſimulachris tentoria & enſes. G. Quas ei victimas ferunt? P. Nullas, ſed pro victimis homines. G. Quantę ſunt hę terrę? P. Latè patent. G. Quales ſunt? P. Nuſquam non ad pabula fertiles. G. Quæ cauſa fertilitatis? P. Excedentia ripas ſuas plerunq; flumina. G. Ad cætera quales ſunt? P. Aliubi ſteriles. G. Quemadmodum? P. Vſque adeò, vt qui habitant lignorum egentes, ignes oſsibus alant.

THRACIA.

Quæ hijs populis proxima gens eſt? G. P. Thracia. G. Ea, quanta eſt longitudinè ſua? P. A pontici lateris. 1. frô à promonte vſque ad Illyricos penitus immiſſa. G. Qua

1. Hoc eſt à promontorio Boſphori thracij.

2. Hoc eſt, latitudine ſua.
3 Ad ſeptentrionē.
4. Ad Meridiem: & pelago .1. mari Aegeo.

G. Qua. 2. latera agit, quãta eſt? P. 3. Iſtro. 4. pælagoque cõtingitur. G. Qualis hæc regio eſt? P. Nec cœlo læta, nec ſolo. G. Quid hoc eſt, quod cœlo & ſolo lætã eſſe negas? P. Quod infœcunda, frigida, corũque, quæ ſeruntur, malignè admodum patiens. G. Omnibusne locis pariter cœlo triſtis eſt & ſolo? P. Niſi qua mari propior eſt. G. Omniúm ne rerum æquè impatiens? P. Rarò vſque pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat. G. Sed fructus eius tã frigido cælo maturare & mitigare poteſt? P. Non, niſi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuere. G. Viros nihilo benignius, quã arbores, herbas & frutices alit? P. Non ad ſpeciem quidem, cæterum ad ferociam & numerũ maximè ferax. G. Quomodo non ad ſpeciem? P. Nám áſper illis, & indecens corporum habitus eſt. G. Quomodo ad ferociam & numerum? P. Vt multi immiteſque ſint. G. Amnés ne multos & nobiles emittit? P. Paucos, verũ celeberrimos, Hebrũ, Neſton & Strimo

na. G.

na. G. Quo euadunt? P. In pelagus. G. Montes qua ſui parte attollit? P. Interior. G. Quos? P. Hemō, Rhodopen & Orbelon. G. Qua re celebrati ſunt? P. Sacris Liberi patris, & cœtu Menadum. G. Quis ea ſacra primùm initiauit? P. Orphe⁹. G. Ex ijs, q̄s maximè celebris? P. Hæmus. G. Qua re? P. Quia in tantum altitudinis abit, vt ex ſummo vertice Euxinum et Adriam oſtendat. G. Thraces, qui has regiones tam latè patentes habitant, vná ne gens ſunt, ijſdem ſemper nominibus, ijſdem moribus? P. Gens quidem vna, alijs alijſque præditi & nominibus & moribus. G. Quibus? P. Quidam feri ſunt, & ad mortem paratiſsimi. G. Qui vocantur? P. Getæ vtique. G. Quæ res tam obfirmatos efficit? P. Varia opinio. G. Quæ? P. Alij redituras putant animas obeuntium, alij, & ſi non redeant, non extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire; Alij emori quidem, ſed id melius eſſe, quàm viuere. G. Horum qui ſunt ritus in puerperijs? P.

Lugẽtur puerperea, natique deflentur. G.Qui in funeribus?P.Feſta ſunt & veluti ſacra cantu luſuque celebrantur. G.Ergo virorum propria eſt hæc animi magnitudo in cõtẽnenda morte? P. Ne fœminis quidem ſegnis eſt animus ſuper mortuorum virorum corpora interfici, ſimulque ſepeliri votum eximium habent. G. Cum ergo plures ſimul ſingulis nuptæ ſunt, ſimul omnes ſepeliuntur? P. Minimè, ſed cuius id ſit decus, apud iudicaturos magno certamine affectant. G. Verùm cùm in hoc cõtenditur, vincere triſtitiæ cuiuſdam eſt. P. Moribus datur, eſtque maximè lætum. G. Quid ergo relliquæ? P. Mœrent aliæ, vocibus & cum acerbiſsimis planctibus mortuum efferunt. G. At ſi quibus mæſtas conſolari animus eſt, quemadmodum id tentant? P. Arma opeſque ad rogos deferunt, paratique (vt dictitant) cum fato iacentis vel paciſci vel decernere, vbi nec pecuniæ nec pugnæ locus ſit, manent dominas proci. G. Quæ eorum in matrimonijs inſti-

inſtituta?P.Nuptur æ virgines non à pa rentibus viris traduntur,ſed publicæ aut locantur ducendæ,aut veneunt.G. Vtrum eorum fiat,vnde cauſa eſt?P.Ex ſpecie & moribus.G. Quare?P. Probæ formoſęque in precio ſunt, cęteras qui habeant mercede quæruntur. G. Quæ eorum epulandi ratio?P. Vini vſus qui buſdam ignotus eſt,G. Quid ergo eius vice adhibent?P.Epulantibus vbi ſuper ignes, quos circumſidēt, quædam ſemi na ingeſta ſunt, ſimilis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. G. Quænam ſunt huius regionis vrbes?P. In littoribus eſt Iſtropolis.G.Quo loco?P.Iſtro proxima.G. Quæ deinde?P. Galatis & Tritonice,et portus Caria, & Tiriſtris promontorium. G. A quibus iſta deducta ſunt?P.A Mileſijs. G. Quidnam hoc promontorium præteruectos accipit?P. Alter ponti angulus. G. Quis eius ſitus? P. Aduerſus Phaſiaco. G. Qualis eſt hic angulus?P. Niſi amplior foret,Phaſiaco ſimilis.G.Quibus rebus notus eſt hic angulus?P.Hic Bizone

 terræ

terræ motu intercidit, hic eſt portus Crunos, hic vrbes Dionyſiopolis, Odeſſos, Meſembria, Anchialos atque magna Apollonia. G. Quo ea loco ſita eſt? P. Vbi pontus alterum ſui flexum angulo finit. G. Dehinc, quę eſt regionis forma? P. Recta dehinc ora. G. Omninóne? P. Niſi quod media ferme in promontorium, quod Thinniam vocant, exit. G. Eſtne hic. 1. vtrinque par, & ſimilis littorum forma? P. Eſt, incur uis enim contra ſe littoribus. 2. obtenditur. G. Quænam ſuſtinet hæc ora cæteris illuſtriora? P. Vrbem Halmydeſſon, & Phyleas, et Phinopolim. G. Ab Iſtro vſque, quis hactenus locus vocatur? P. Pontus. G. Quis deinde locus eſt? P. Boſphorus & Propontis. G. In Boſphoro quidnam eſt memorabile? P. Byzantium. G. In Propontide quid? P. Selymbria, Perinthus, Bathynis, amneſque, qui interfluunt, Erginus & Atyras. G. Quid tum? P. Rheſo, regnata quondam, pars Thraciæ, & Byſanthe Samiorum, & ingens aliquando Cypſela

1. Hoc eſt in Aſia & Europa.

2. Scilicet vtrinque ora.

ſela. G. Quid poſt? P. Locus quē Greci μακρόν τεῖχος appellant, & ſedes Lyſimachia. G. Quis eius ſitus? P. In radice magnæ peninſulæ. G. Terræ, quæ ſequitur, quæ forma eſt? A. Nuſquam lata, atque hic arctiſsima inter Helleſpōtum Aegeumq́ue procurrit. G. Terræ huius anguſtias quo nomine appellant? P. Iſthmon. G. Frontem eius quonam? P. Maſtuſiam. G. Totam denique hanc terram quo nomine vocant? P. Cherſoneſum. G. Ea quas ob res memorabilis eſt? P. Ob multa. G. Enumera. P. In ea primũ flumē Aegos inſigne. G. Qua re? P. Naufragio claſsis Atticæ. G. Quid deinde? P. Eſt, Abydo obiacēs, Seſtos pernobilis. G. Qua re? P. Leandri amore. G. Quid tum? P. Eſt regio, in qua Perſarum exercitus ex Aſia in Græciam pedes, & non nauigata maria trāsgreſſus eſt. G. Quomodo id efficere potuit tā mirũ atque ingēs facinus? P. Diuiſas ſpatio pelagoq́; terras, auſus pōtibus iungere. G. Quid poſtea? P. Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro. G.

Quid

go facie vallis includitur. G. Quod eſt eius ſinus nomen? P. Melas. G. Vnde ita dictus eſt? P. Ex fluuio quem accipit. G. Quas vrbes amplectitur? P. Alopeconeſum & Cardiam. G. Eodémne cum illa littore? P. Non, ſed hanc in altero Iſthmi littore ſitam. G. Quæ nam eſt in eo præterea ſinu inſignis? P. Eximia eſt Aenos. G. Quare? P. Quia ab Aenea profugo condita. G. Nullúsne in hoc ſinu præter Melã fluuius? P. Etiam Hebrus eſt. G. Quidnã citra eũ eſt? P. Cicones oppidum. G. Quid trans eundem? P. Doriſcos. G. Quis is locus eſt? P. Vbi Xerxẽ copias ſuas, quia numero non poterat, ſpatio menſum ferunt. G. Quid deinde? P. Promontorium Serriũ. G. Quale hoc eſt? P. Ex quo canentẽ Orphea, ſequuta narrãtur nemora zone. G. Quis tum? P. Schoenas fluuius, et, ripis eius adiacẽs, Maronia. G. Qua re eſt nota vlterior regio? P. Quia Diomedem tulit. G. Quid is fecit, quamobrem memorãdus ſit? P. Immanibus æquis ſolitus eſt mandendos

obie-

obiectare aduenas, & iiſdem ipſe ab Hercule obiectus. G. Quodnam eius fabulæ ſignū remanet? P. Turris, quam Diomedis vocant. G. Num quod aliud? P. Vrbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit, Abdera. G. Ea nihilne magis memorādum habet, quàm quod ita condita eſt? P. Imò id, quod Democritum phyſicum tulit. G. Quis vltra in hoc littore fluuius fluit? P. Neſtos & Strymon. G. Quid inter eos interiectū eſt? P. Philippi Appollōnia, Amphipolis vrbes. G. Quid trās Strymona habetur? P. Turris Calernea, port⁹ Caprullon, vrbs Achantos & Oeſima. G. Quibus finib⁹? P. Inter Strymona & Athō. G. Trans Athon quidnam eſt? P. Cleone, & Olynthos. G. Quo ſitu? P. Inter Athon & Pallenen. G. Strymon amnis qualis eſt in decurſu? P. Longè ortus, et tenuis alienis ſubinde aquis fit amplior. G. Qualis ad oſtium? P. Vbi non lōgè à mari lacū fecit, maiore, q̃ venerat, alueo erumpit. G. Qualis eſt Athos mons? P. Adeò elatus, vt credatur altius,

us, quàm vnde imbres cadunt, ſurgere. G. Quomodo capit opinio fidem? P. Quia de aris, quas in vertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur, aggere manet. G. Quemadmodum procedit in pelagus? P. Non promontorio, vt alij, verùm totus totoque lõge dorſo. G. Quæ eius hiſtoria eſt? P. Qua cõtinenti adhęret à Xerxe in Graios tendente perfoſſus, tranſnauigatuſque, & factus freto nauigabili peruius. G. Quomodo habitatur? P. Ima eius tenent paruæ Pelaſgorũ coloniæ, in ſummo fuit oppidũ Acroathon. G. Id oppidum, quid eximium habet? P. In eo, vt ferunt, dimidio longior, quàm in alijs terris, ætas habitãtium erat. G. Pallene, quã finem eſſe Thraciæ dixiſti, qualis eſt? P. Soli tam patentis, vt quinque vrbium ſedes ſit, atque ager. G. Quis eius ſitus? P. Tota in altũ abit. G. Quę forma? P. Anguſta ſatis, vnde incipit. G. In anguſtijs eius, qd eſt memorãdũ? P. Potidea. G. Quid, vbi laxius patet, referendũ? P. Mende, Scioneq;. G. Quid inter-

intereſt? P. Quòd illa ab Eretrijs, hæc ab Achiuis, capto Ilio, remeantibus poſita eſt.

MACEDONIA.

Caput Quintum.

G. Tum, Thraciam qui populi conſequuntur? P. Macedonum populi. G. Multásne vrbes habitant? P. Quot vrbes habitent, incredibile eſt. G. Earũ quænam maximè illuſtris eſt? P. Pella. G. Quid efficit? P. Alumni Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Aſiæ. G. In littore quæ ſunt memorabilia? P. Flexus Mecyberneus inter promontoria. G. Quæ ſunt eius officia? P. Diuidit primũ Canaſtreum, et portũ, qui Copos dicitur, deinde vrbes Toronem & Phyſellam, atque, vnde ipſi cognomen eſt, Mecybernam incingit. G. Quæ ſunt ea promontoria, inter quæ flexus Mecybernius eſſe, & ea diuidere dicitur? P. Canaſtreum & Scione: Canaſtreo enim promõtorio Scione proxima

xima eſt, Mecyberneus autē in medio. G. Quę eius forma eſt? P. Quā terra dat, gremiū modicè in littora ingreditur, cæterum longis in altum immiſsis lateribus, ingens inter maria. 1. ſinus eſt. G. Qua re notari ab inquirentibus poteſt? P. In eum Axius & Peneus excurrunt. G. Eodémne itinere? P. Ille per Macedonas, hic per Theſſalos. G. Nihilne ante Axium eſt? P. Theſſalonice. G. Inter Axium & Peneum quæ referenda? P. Caſſandria, Cydna, Azoros, Derris. G. A Peneo quę? P. Sepias, Cordynia, Melibœa, Caſtāea. G. Omnéſne pares ad famam? P. Niſi quod Philoctetes alūnus Melibœam illuminat. G. Quid, terræ interiores, eadémne nobilitate ſunt? P. Claris locorum nominibus inſignes, pene nihil ignobile ferunt. G. Quæ ergo illa ſunt? P. Hinc non lōgè eſt Olympus, hic Pelion, hic Oſſa montes. G. Qua re memorati? P. Gigantū fabula belloq;. G. Quid deinde? P. Hic Muſarum parens domuſque Pieria, hic nouiſsimè calcatū graio Her

1. hoc eſt, longus, nō admodum latus eſt ſinus.

culi ſolum ſaltus Oeteus, hic ſacro nemore nobilia Tempe, hic Libethra carminumque fontes obiacet. G. Quid tum ſequitur? P. Tum, iam vaſtè & multum prominēs Græcia. G. Quam latè à Septentrione in meridiem vecta eſt? P. Dum Mirtorum pelagus attingat. G. Qua ſol oritur, quos fines habet? P. Aegeis fluctibus obiacet. G. Qua ſol occidit, quibus finibus terminatur? P. Ionijs fluctibus. G. Proximè quo nomine vocatur Græcia? P. Hellas. G. Quæ eſt eius forma proximis locis? P. Spatioſa, grãdi fronte procedit. G. Mox qua forma eſt? P. Mari vtroq;, & Ionio magis latera eius intrante, media fermè prope inciditur. G. Quouſq; latera eius intrat
i. in Iſthmo. vtrũq; mare? P. Donec. i. quinque millia paſſuum pateat. G. Quæ deinde eius forma eſt? P. Rurſum terris huc ſe & illuc, verùm in Ionium mare magis, expã dentibus progreſsiſque in altum, non tam lata, quã cœperat, ingẽs tamen iterum, & quaſi peninſula extenditur. G. Quo nomine vocatur vniuerſa? P. Pelopone-

lopõneſus.G.Quam ob cauſam?P.Ob ſinus & promõtoria, queis vt fibris littora eius inciſa ſunt. G. Cui rei ſimilima eſt?P. Platani folio. G. Quare? P. Quòd tenui tramite in latus effunditur. G. In Macedonia quæ prima eſt regio?P. Theſſalia. G. Quæ deinde?P. Magneſia, Phtiotis. G. In Græcia quę ſunt regiones? P. Doris, Locris, Phocis, Boetis, Attis. G. Omnium earum quæ eſt clariſsima? P. Attis. G. In Peloponneſo quæ ſunt? P. Argolis, Laconice. Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia. G. Vltra quæ ſunt? P. Aetolia, Acarnania, Epiros. G. Quouſque? P. Vſque in Adriam. G. De locis atque vrbibus, quæ mare non abluit, quæ maximè memoranda ſunt? P. In Theſſalia Lariſſa, aliquando Iolcos. G. Quæ in Magneſia? P. Antronia. G. Quæ in Phtiotide? P. Phtia. G. Quæ in Doride? P. Pindus, & iuxta ſitum, Erineon. G. Quæ in Locride? P. Cynos & Calliaros. G. Quæ in Phoci-

dc? P.Delphi, & mons Parnaſus, & Apollinis fanum atque oraculũ. G. Quæ in Bœotia? P. Thebæ, & Cytheron fabulis carminibuſque celeberrimus. G. Quæ in Attide? P. Eleuſin Cereri conſecrata, & clariores, quã vt iudicari egeãt, Athenę. G. Quæ in Megaride? P. Vnde regioni nomen eſt, Megara. G. Quæ in Argolide? P. Argos & Mycene, & templum Iunonis. G. Quale? P. Vetuſtate & relligione percelebre. G. Quæ in Laconide. P? Terapne Lacedemon, Amycle, mons Taygetus. G. Quę in Meſſenia? P. Meſſene & Methone. G. Quæ in Achaia atque Elide? P. Quõdam Piſæ Oenomai Elis, et numendelubrumque Olympij Iouis. G. Qua re id nobile eſt? P. Iouis Olympij certamine Gymnico, & ſingulari ſanctitate, ipſo quidem tamen ſimulachro maximè. G. Quamobrem? P. Quod Phidie opus ſit. G. Quis eſt Arcadię ſitus? P. Arcadiam Peloponneſiacæ gentes vndiq; incingunt. G. In ea quę ſunt vrbes? P. Pſophis, Tenea & Orchomenon. G. Qui

mon-

montes?P. Pholoe, Cyllenius, Parthenius, Menalus. G: Quę flumina?P. Erymãthus & Ladon. G. In Aetholia quæ? P. Naupactos. G. In Acarnania quę?P. Stratos. G. In Epiro quæ?P. Dodonęi Iouis templum, & fons ſacer. G. Quare?P. Ideo, ꝙ cũ ſit frigidus, & immerſas faces ſicut cæteri extinguat, vbi ſine igne procul admouetur, accendat. G. Hactenus de ijs, quæ mare non abluit, littora nunc, ſi placet, perſequamur. Cum itaque littora leguntur à promõtorio Sepiade per Demétriam Boion Phtheleõ et Echinon, quonam curſus eſt?P. Ad Pagaſeum ſinum. G. Ille qua re cognoſcitur?P. Vrbem Pagaſam amplexus, etiam amnem Spherchion accipit. G. Qua re memoratur?P. Quia Myniæ Colchida petẽtes, inde Argonauẽ ſoluere. G. Ab eo ad Sunium tendentibus, quænam ſunt prænauiganda?P. Maliacus & Opuntius grandes ſinus. G. In his ſinubus quæ ſunt memoranda?P. Cæſorum, Laconum trophæa, Thermopylę, Opoes, Scarphia, Cne-

 mides,

mides, Alope, Anthedon, Larynna, Aulis. G. Aulidem quare nominaſti? P.Quia Agamemnoniæ,Graiorumque claſsis in Troiam coniurantium ſtatio. G.Nihilne aliud? P. Imò, Marathon .G. Quis is locus? P. Multarum magnarumque virtutum teſtis,iam inde à Theſeo, maxima Perſarum clade pernotus. G. Quid prætereà? P .Ramnus parua. G. Quare ergo eam commemoraſti? P.Illuſtris tamen, quod in ea phanum eſt,Amphiarai,& Phidiaca Nemeſis. G.Quæ habes in iſtis ſinubus alia memoranda? P.Thoricos & Braurom,olim vrbes,iam tantum nomina. G.Quid iſtos grandes ſinus conſequitur? P.Sunium promontoriũ.G.Quod nam illud eſt? P. Finit id littus Hellados,quod ſpectat ad Orientem.G.Inde quæ orarum forma? P. Ad meridiem terra conuertitur.G Inde vſque ad Megaram, quomodo Atticæ adiacet? P. 1.Latere.G. Deinceps quomodo? P. Atticę,vt modo latere, ita nunc fronte pelago adiacet. G.In terra, quam la-

1.Quaſi dicat,quæ ſinus eſt ad Megaram, poſt ꝓmõtorium, facit,

tere

tere Atticę adiacere dixiſti, quid habetur?P. Ibi eſt Pyreus Atheniẽſium portus: ibi Scironia ſaxa. G. Qualia?P. Sæuo quondam Scironis hoſpitio, etiam nũc infamia. G. Megarenſium tractus, quo loco ſitus eſt?P. Iſthmon attingit. G. Vnde hoc illi anguſtiæ cognomen eſt?P. Quia quinque milium ſpatio Aegeum mare ab Ionio ſubmouens, anguſto tramite Helladi Peloponneſum annectit. G. In Iſthmo quid eſt ſitum?P. Oppidum Cenchreæ, fanum Neptuni, ludi, quos Iſthmicos vocant, celebres, Corinthos. G. Qualis ea eſt? P. Nunc Romana Colonia. G. Qualis fuit?P. Olim clara opibus, pòſt clade notior. G. Quis eius ſitus eſt? P. Ex ſumma arce, quam Acrocorinthon appellant, maria vtraque contuens. G. Peloponneſi oræ quæ forma eſt? P. Eam, ſicuti diximus, promontoria lacerant. G. Quænam?P. Bucephalos, et Cherſoneſus, et Scyllæon. G. Quis corũ ſitus eſt?P. Ab

Oriente.G.Quæ ſunt prætereaꝰ P.Malea, Tænaros, Acritas, Ichtys, G. Qua ex parteꝰP. Ad meridiem. G. Sũt ne etiam ad veſperumꝰ P. Sunt, Chelonates & Araxos. G. Qui habitant ab Iſthmo ad ScylleonꝰP, Epidaurij, Eſculapij tẽplo incliti, & Trœzenij fide ſocietatis Atticæ illuſtres, G.Qui portus hoc ſpatio ſuntꝰP. Saronicus Schœnitas & Pazonus. G. Quæ oppida hijs littoribus appoſita ſuntꝰ P. Epidaurus, Trœzen & Hermiona. G. Iam inter Scylleon & Maleã quis ſinus eſt ꝰP. Argolicus. G. Inter hanc & Tenaron quisꝰP. Laconicus. G. Hinc ad Acritam quisꝰP. Aſinæus. G. Inde ad Ichtyn quisꝰP. Cypariſsiꝰ. G. In Argolico ſinu quæ ſunt memorandaꝰP. Sunt noti amnes Eraſinus atq; Inachus, & notum oppidum Lerna. G. In Laconico quidꝰP. Githius & Eurotas. G. In ipſo Tenaro quid eſtꝰP. Neptuni templum & ſpecus. G. QualisꝰP. Illi, quem in ponto Acheruſium diximus, facie & fabula ſimilis. G. In Aſineo quid occurritꝰP. Flumen Pa

niſſum

niſſum. G. In Cypariſsio quid? P. Alphæus. G. Aſinæo & Cypariſsio ſinui quæ res nomē dedêre? P. Vrbes in litto ræ ſitæ, hinc Cypariſſus, illinc Aſinæ. G. Qui populi terras colunt? P. Meſſenij Pylijque. G. Quæ vrbes adiacent? P. Pylos, Cyllene, Calipolis. G. Quo ſitu? P. Pelago adiacent. G. Qui tandem illā orā tenent, in q̃ Chelonates & Araxes excurrunt? P. Patrę. G. Quæ iſtarũ, quas proximè numeraſti, maximè inſignis eſt? P. Cyllene. G. Quamobrē? P. Quòd Pomponium ibi natum arbitrantur. G. Quid deinde? P. Rhion. G. Cuius id rei nomen eſt? P. Maris. G. Quæ eius forma eſt? P. Anguſte & velut freto, lacus ore frequenti incidens. G. Quis eius ſitus? P. Inter Aetolos & Pelopon neſiacos irrumpit. G. Quam longe? P. Vſque ad Iſthmum. G. In hoc mari quę eſt littorum forma? P. Ad Septentrionem ſpectare littora incipiũt. G. In his littoribus quid eſt? P. Aegion & Aegira, Oluros & Sicyon. G. In aduerſis littoribus quę ſunt? P. Page, Creuſis, An
G 5 ticyra,

gentibus cingitur ? P. Illyricis, vſque Tergeſtum. G. Quid cætera? P. Gallicis Italiſque. G. Qui prima eius tenent? P. Daſſaretæ. G. Qui ſequentia? P. Encheleæ, Phæaces. G. Qui deinde ſunt? P. Quos propriè Illyricos vocant. G. Qui tum? P. Pyrei, & Liburni, & Iſtria. G. Vrbiũ quæ eſt prima? P. Oricum. G. Quæ ſecunda? P. Dyrrachium. G. Quare nomen, quod antea. 1. obtinuerat, mutauêre Romani? P. Quia velut in Dãnum ituris, omnem id viſum eſt. G. Vltra quę ſunt? P. Apollonia, Salona, Iadera, Marona, Tagurium, ſinus Polaticus, & Pola. G. Penes quos ea nunc eſt? P. Nunc, in quantum res trãſeunt, Romana Colonia. G. Quos antea dominos habuit? P. Quondã à Colchis, vt ferunt, habitata eſt. G. Qui ſunt in Illyricis littoribus amnes? P. Aæas, Nar, & Danubius. G. Eodém ne, quo antea nomine? P. Minimè. Iam enim Iſter dictus eſt. G. Quibus locis emittuntur? P. Aæas ſecun-

1. Epidamnos erat.

Reſpicit altero cornu Siculũ pelagus, altero Ionium. G. Quanta eſt? P. Tota anguſta, & alicubi, quàm vnde cœpit, anguſtior. G. Variȩ ne gentes interiora eius habitant? P. Aliæ aliæque. G. Siniſtra parte quæ gens eſt? P. Togata Gallia. G. Qui populi eam colunt? P. Carni & Veneti. G. Qui tum? P. Italici populi. G. Quibus nominibus? P. Picẽtes, Frentani Dauni, Apuli, Calabri, Salẽtini. G. Qui ſunt ad dexteram? P. Ligures. G. Quo loco? P. Sub Alpibus. G. Qui ſub Apennino ſunt? P. Hetruria. G. Quid poſt? P. Latium, Volſci, Campani & Brutij. G. Hijquo locoſiti sũt? P. Super Lucaniã. G. Vrbium, quæ procul à mari habitantur, quæ ſunt opulẽtiſsimȩ? P. Patauiũ Antenoris, Mutina, & Bononia Romanorum coloniȩ. G. Qua parte? P. Ad ſiniſtram. G. Ad dextram igitur, quȩ ſunt opulẽtiſsimȩ? P. Capua à Tuſcis, Roma, quondam à paſtoribus condita. G. Eſtne ergo tam humilis & ruſtica vrbs? P. Nunc quidẽ, ſi pro materia dicatur, alterum opus.

G. De

G.De vrbibus, quæ longè à mari habitentur, dixiſti, explices nunc eas, ſi placet, quæ in oris ſitæ ſunt. P. Proxima eſt à Tergeſte Concordia. G. Nihil ne inter eas interiectum? P. Interfluit Timauus. G. Qualis? P. Nouem capitibus exurgens, vno oſtio emiſſus. G. Quid deinde? P. Natiſo. G. Quam is vrbem attingit? P. Non longè à mari, ditem Aquileiam. G. Quid vltra eſt? P. Altinum. G. Quid ſuperiora littora occupat? P. Latè Padus. G. Vnde exoritur? P. Ab imis radicibus Veſuli montis. G. Quantus primùm exoritur? P. Paruis ſe fontibus colligit, & aliquatenus exilis, ac macer. G. Mox quantus fit? P. Alijs amnibus adeò augeſcit atque alitur, vt ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat. G. Vnum de ijs quemadmodum appellant? P. Magnum Padum. G. Inde iam qualis proſilit? P. Tãcitus, vt diſcuſsis fluctibus, diu qualem emiſit vndam, agat, ſuumque etiam in mari alueum ſeruet. G. Quouſque?

P. Do-

P. Donec eum, ex aduerſo littore Iſtriæ eodem impetu profluens, Iſter amnis excipiat. G. Hac re quidnam euenit noui? P. Vt per ea loca nauigantibus, qua vtrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulcium hauſtus ſit. G. A Pado ad Anconam quódnam iter eſt? P. Tranſitur Rauennam, Ariminum, Piſaurum, Faneſtris colonia, flumen Metaurus atque Eſis. G. Iam, illa Ancona quem habet ſitum? P. Inter Gallicas Italicaſque gentes, quaſi terminus intereſt. G. Quare à Grais dicta eſt Ancona? P. Ideo, quia in anguſto illorum duorum promontoriorum, ex diuerſo coeuntium, inflexi cubiti imagine ſedet. G. Hanc pretergreſſos quid nam excipit? P. Picena littora. G. In ijs, quæ ſunt vrbes? P. Numana, Potentia, Claterna, Cupra. G. Quæ ſunt caſtella? P. Firmum, Adria, Truentum. G. Vrbis ne huius id proprium nomen eſt? P. Non, idem ei fluuio, qui præterit, nomen eſt. G. Ab eo quænam eſt regio? P. Senogallia

mari-

dria, hucuſque Italiæ latus alterum pertinet. G. Supereſt ergo frōs Italię, qualis nam ea eſt? P. In duo ſe cornua, ſicut ſupra diximus, ſcindit. G. Maris, quod inter vtraque admiſit, quæ forma eſt? P. Tenuibus promontorijs ſemel iterumque diſtinguens, non vno margine circuit, nec diffuſum patēſq́;, ſed per ſinus recipit. G. Quis igitur primus ſinus dicitur? P. Tarentinus. G. Inter quæ promontoria locatus eſt? P. Inter Salem & Lacinium. G. In eo ſinu quæ ſunt? P. Tarentus, Metapontum, Heraclea, Croto, Turium. G. Quis ſecundus? P. Scyllaceus. G. Inter quæ promontoria? P. Lacinium et Zephyrium. G. In eo ſinu quę ſunt? P. Petilia, Cæcinum, Scyllaceum, Miſtræ. G. Qui tertij ſinus finis eſt? P. Inter Zephyrium & Brutium. G. Quas vrbes circundat? P. Conſilinum, Cauloniam, Locroſque. G. In Brutio promontorio quæ ſunt? P. Columna Regia, Rhegium, Scylla, Laurianum & Metaurum. G. Quæ deinceps regio eſt? P. Hinc in Tuſcū mare de-

re deflexus eſt, & eiuſdem terræ latus alterum. G. Quæ ſunt in hoc latere? P. Terina, Hippo, nunc Vibon, Temeſa, Clampetia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus. G. Cuius rei nomen? P. Olim Phrigij gubernatoris, nũc loci. G. Quæ præterea? P. Peſtanus ſinus, Peſtũ oppidũ, Silarus amnis. G. Amnem quę ſequuntur? P. Picentia, Petræ, quas Syrenes habitauêre, Mineruæ promontorium, opima Lucaniæ oppida, ſinus Puteolanus, Surrẽtum Herculaneũ, Veſuuij montis aſpectus, Pompeij Neapolis, Puteoli lacus, Lucrinus, & Auernus, Baiæ, Miſſenum. G. Hoc cuius rei nomen eſt? P. Nunc loci, aliquando Phrigij militis. G. Quid præterea? P. Cumę, Linternũ, Vulturnus amnis. G. Trãs Vulturnũ quæ ſunt? P. Vulturnũ oppidum, amæna Campaniæ littora, Sinueſſa, Liris, Minturnę, Formię, Fundi, Tarracina, Circes domus, aliquando Circeij Antium, Aphrodiſium, Ardæa. Laurentũ oſtia, citra Tiberim. G. Quæ ſunt vltra Tiberim? P. Pyrgi, A-

nio

nio, Caſtrum nouum, Graniſcæ, Coſ-ſa, Telamon, Populonia, Cecina, Piſæ. G. Hæc omnia ad Campaniam pertinent? P. Imo Hetruſca, & loca &, nomina. G. Deinde quæ ſunt? P. Luna ligurum, & Liguria, & Genua, Habatia & Albiganum. G. Quid tum? P. Paulon & Varum flumina. G. Vnde ea dilabuntur? P. Vtraque ab Alpibus. G. Vtrum nobilius? P. Varum, quia Italiam finit, aliquanto notius. G. Quid vltimum in hoc latere? P. Alpes. G. Vnde incipiunt? P. Ab ijs littoribus. G. Quemadmodum diffunduntur? P. Longè lateque. G. Quo excurrunt? P. Primò ad ſeptentrionem magno gradu. G. Quo deinde? P. Vbi Germaniam attigerũt, verſo impetu in Orientem abeunt. G. Quàm longè? P. Diremptis populis immanibus, vſque in Thraciam penetrant.

GALLIA NARBONENSIS.
Caput Quintum

G. Gallia queadmodum eſt diuiſa? P. In duo.1.latera. G. Quibus limitibus? P. Lemano lacu, & Gebennicis montibus. G. Laterum qui ſunt fines? P. Altero Tuſcum pelagus, altero Oceanum attingit. G. Quam longe.2.pmittitur Gallia? P. Ad Pyreneum vſq;. G. Vnde? P. Hinc à.3. Varo, illinc à.4. Rheno. G. Pars noſtro mari appoſita quemadmodũ appellatur? P. Fuit aliquando braccata, nunc Narbonenſis. G. Qualis ea eſt? P. Magis culta & magis conſita, ideoque etiam lætior. G. Vrbiũ, quas habet, quæ ſunt opulentiſsimæ? P. Vaſio Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Auenio Cauarum, Aremicorum Nemauſus, Toloſa Tectoſagum, Secundanorum Arauſio, Sextanorum Arelate, Septumanorumque Blitera. G. Sed omnibus quænam ante ſtat? P. Atacinorum, Decumanorumque colonia. G. Quod ei nomẽ? P. Vnde olim ijs terris auxilium fuit, nunc et nomen et decus eſt Martius Narbo. G. In littoribus quæ ſunt? P. Aliquot cum aliqui-

1. Latitudinis ſcil.
2. Ab oriẽte in occidentem.
3. ſci. à meridie.
4. Scilicet à ſeptentrione.

aliquibus nominibus loca. G. Quæ vrbes? P. Raræ, quia rari portus, & omnis plaga Auſtro atque Africo expoſita eſt. G. Ne grauere nobis eas recenſere, quæ ſint, cum locis ſuis. P. Nicea tangit alpes, tangit oppidum Deceatum, tangit Antipolis. G. Quæ deinde? P. Deinde forũ Iulij, Octauianorum colonia. G. Quæ tunc? P. Poſt Athenopolis & Olbia, & Glanon, & Citharistes, & Halycidon, Maſilienſium portus, & in eo ipſa Maſsilia. G. Hæc à quibus oriunda? P. A Phoceis. G. Inter quas gẽtes poſita? P. Olim inter aſperas, nũc, vt pacatis, ita diſsimillimis tamẽ vicina gentib⁹. G. Quomodo tunc Maſsiliá ſedem alienã capere potuit? P. Mirum, quã facilè. G. Quid eſt, quod diſsimillimis vicinam eſſe gentibus dixiſti? P. Adhuc morem ſuum tenet. G. Quid poſt eã? P. Foſſa Mariana maritima. G. Quibus finib⁹? P. Inter eam & Rodanũ. G. Quis eius ſitus eſt? P. Auaticorum ſtagno aſsidet. G. Qua re nobilis eſt foſſa Mariana? P. Quod partem

eius amnis nauigabili alueo effundat. G. Littus illud, nulla alia re inſigne eſt?P. Alioqui ignobile. G. Quomodo vocant? P. Lapideum. G. Quare? P. Quia Herculem contra Albionem & Bergiona Neptuni liberos dimicantem, cùm tela defeciſſent, ab inuocato Ioue, adiutum imbre lapidum ferunt. G. Pluiſſe lapides, ridiculum. P. Credas pluiſſe, adeò multi paſsim, & latè iacent. G. Rhodanus quo loco ſurgit? P. Non longe ab Iſtri Rhenique fontibus. G. Deinde quo delabitur? P. Lemano lacu accipitur. G. Quemadmodum? P. Tenet impetum, ſeque per medium integer agens, quantus venit, egreditur. G. Inde quo fertur? P. Contrà, quàm ortus fuerat, in Occidentem ablatus, aliquandiu Gallias dirimit. G. Poſt, quomodo hac intrat? P. Curſu eius in Meridiem abducto. G. Qualis iam eſt? P. Acceſſu aliorum amnium grandis, & ſubinde grandior. G. Quo loco emittitur? P. Inter Volcas & Cauaras, G. Vltra quæ ſunt? P.

Sta-

Stagna Volcarum, Ledum flumen, caſtellum Latara, Meſua collis, incinctus mari penè vndiq;. G. Quare particulam illam, imminutionis, adijcis? P. Quia, niſi quod anguſto aggere continenti annectitur, inſula eſt. G. Quid tum? P. Arauris fluit & Obris. G. Vnde? P. Ex Gebēnis dimiſſus. G. Per q̄ loca? P. Ille iuxta Agatam, hic ſecundum Bliteras. G. Atax vnde digreditur? P. Ex Pyrenæo monte. G. Qualis is eſt? P. Qua ſui fontis aquis venit, exiguus, vaduſque, niſi vbi Narbonem attingit, nuſquam nauigabilis. G. Sed cùm Hybernis imbribus intumuit, nihilo maior fit? P. Imo, vſque eò ſolitus inſurgere, vt ſe ipſe non capiat, ingentis alioqui aluei tenens. G. Quid eum accipit? P. Lacus Rubreſus nomine. G. Qualis? P. Spatioſus admódum. G. Omninó ne? P. Minimè, ſed qua mare admittit, tenuis aditu. G. Quid vltra eſt? P. Leucata, littoris nomen & Salſuli fons. G. Qualis? P. Non dúlcibus, ſed ſalſioribus,

bus, quàm marinæ ſint, àquis defluens. G. Quid ei proximum? P. Iuxta eum campus minuta arundinè gracilique peruiridis, cæterum ſtagno ſubeunte ſuſpenſus. G. Id ne credibile eſt, terram, ſtagno ſubeunte, ſuſpendi? P. Id manifeſtat media pars eius, quę abſciſſa, proximis velut inſula natat, pellique ſe, atque attrahi patitur. G. Hoc quidẽ probabile eſt, ſed num etiam alio argumento id perſuaderi poteſt? P. Ex ijs, quæ ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur. G. Quemquàm ne tam vanum aut ſtultũ eſſe, vt iſta affirmare audeat? P. Graijs, noſtriſque etiam authoribus veri ne ignorantia, an mentiendi libidine, viſum eſt tradere poſteris in ea regiõe piſcem è terra penitus erui, qui, vbi ex alto hucuſque penetrauit, per ea foramina ictù captantium interfectus extrahitur. G. Inde quid eſt? P. Ora Sardonũ, & parua flumina Thelis & Thicis. G. Sed ea, vbi accreuêre, qualia sũt? P. Perſæua. G. Quid poſt? P. colonia Ruſcino, vicus Eliberri. G. Qualis? P.

Magnæ

Magnæ quondam vrbis,& magnarum opũm tenue veſtigium. G.Tũ quid?P. Inter Pyrenæi promontoria portus Veneris eſt,in ſinu ſalſo,et Ceruaria lócus. G.Qualis?P.Finis Galliæ.

HISPANIA.

Caput Sextum.

QVid primum in Hiſpania occurrit?P. Pyrenæus. G. Is, primo .1. hinc quo procurrit?P.In Britannicum Oceanum. G. Quo tum? P. In terras, fronte conuerſus, Hiſpaniam irrumpit.G. Vbi minorem eius partem exclu dit?P. Ad dexteram. G.Qualis eſt Pyrenæus?P. Trahit perpetua latera continuus.G.Quouſque?P. Donec per omnem prouinciam longo limite immiſſus,in ea littora, quæ Occidenti ſunt aduerſa, perueniat. G. Qualis eſt ipſa Hiſpania? P.Niſi qua Gallias attingat, pelago vndique incincta.G. Vbi .2. illis adhæret,qualis eſt?P. Maximè angu ſta. G. Qualis deinde?P. Paulatim ſe in nostrum

G. 1. A mari noſtro.

2. à Gallijs.

noſtrum mare, & Oceanum extendit. G. Poſt, qualis? P. Magis magiſque latior ad Occidentem abit. G. Eo loco qualis eſt? P. Fit ibi latiſsima. G. Quæ eſt regionis natura? P. Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argento auroque tam abundans, & adeò fertilis, vt, ſicubi ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, linum tamen aut ſpartum alat. G. Quibus eſt diſtincta nominibus? P. Tribus, parſque eius Tarraconenſis, pars Betica, pars Luſitania vocatur. G. Tarraconenſis quæ eſt deſcriptio?

2. Scil. Orientali. P. Altero. 2. capite Gallias. 3. altero Beticam Luſitaniamque contingit. G.

3. Sci. Occidentali. Latera eius quo ſpectant? P. Mari latera obijcit noſtro. G. Omninó ne? P. Qua meridiem. G. Quid igitur, qua Septentrionem ſpectat? P. Oceano obijcit. G. Betica et Luſitania quid habent commune? P. Illas fluuius Anas ſeparat. G. Beticæ quid eſt proprium? P. Betica maria vtraque proſpicit. G. Quænam? P. Atlanticum & noſtrum. G. Pariter vtrumque? P. Non, verùm

illud

lud ad Occidentem, ad Meridiem noſtrum. G. Luſitania quo obiecta eſt? P. Oceano tantummodo. G. Omninóne? P. Non, ſed latere ad Septẽtriones, fronte ad occaſum. G. Vrbiũ, de Mediterraneis in Tarraconenſi, quæ fuerunt clariſsimæ? P. Pallantia, Numantia, nunc eſt Cæſaraugusta. G. In Luſitania quę? P. Emerita. G. In Betica quę? P. Aſtigi, Iſpalis, Corduba. G. Littora legentibus à Ceruaria, quam in Gallia vltimam poſuimus, quid proximè ſe offert? P. Proxima eſt rupes, quæ in altum Pyrenæum extrudit. G. Deinde quid? P. Thicis flumen ad Rhodam, Clodianum ad emporia. G. Quid tum? P. Mons Iouis. G. Pars eius, Occidenti aduerſa, quænam eſt? P. Eminentia cautium. G. Quæ eorum forma eſt? P. Inter exigua ſpatia, vt gradus ſubinde conſurgunt. G. Quo ea nomine appellant? P. Scalas Hannibalis: G. Inde ad Tarraconem quæ ſunt? P. Parua oppida, Blanda,

Illu-

Illura, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. G. Quæ ſunt interea flumina? P. Betulo, iuxta Iouis montem rubricatum in Barchinonis littore, inter Subur & Tholobin, maius. G. Iam, Tarraco vrbs qualis nam eſt? P. In hijs oris maritimarum opulentiſsima. G. Quibus finibus circumſcriptus eſt? P. Tulcis eam modicus amnis ſuper; ingens Iberus deorſum attingit. G. Inde, quæ eſt regionis forma? P. Se in terras pelagus inſinuat. G. Quemadmodum? P. Primum magno impetu admiſſum; mox in duos ſinus finditur. G. Quo interiecto inter eos promontorio? P. Quod Ferrariam vocant. G. Quis eorum prior dicitur? P. Sucronenſis. G. Qualis eſt? P. Maior, & magno ſatis ore pelagus accipiens, & quò magis penetratur, anguſtior. G. Quæ is flumina excipit? P. Serabin, & Duriam, & Sucronem, nō magna flumina. G. Quas vrbes complectitur? P. Et alias quidem, ſed notiſsimas, Valentiam & Saguntum. G. Hæc quare inclita eſt? P. Fide & ærumnis. G.

Se-

Sequens ſinus quis dicitur?P. Illicitanus. G. Quas vrbes habet?P. Alonem, Lucentiam, &, vnde ei nomen eſt, Illicen. G. Quæ hic iam orarum forma?P. Terræ magis in altum eunt, latioremque, quàm fuerat, Hiſpaniam faciunt. G. Ab ijs, quæ dicta ſunt, ad principia Beticę quę ſunt referēda?P. Pręter Carthaginem, quàm dux Penorum Haſdrubal condidit, nihil. G. In illis ergo oris nobiliora ſunt? P. Ignobilia ſunt oppida, & quorum mentio ad ordinem tantum pertinet. G. Ea quæ ſunt?P. Virgi in ſinu, quem Virgitanum vocant. G. Extra ſinum quæ ſunt? P. Abdera, Suel, Hepi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbeſul. G. Quę deinde ora?P. Aperit anguſtiſſimū pelagus, & proxima inter ſe Europæ atq; Africæ littora montes efficiunt. G. Quinam?P. Columnæ Herculis, Abyla & Calpe, vt initio diximus. G. Quid, vterque commune habet?P. Vterque quidem, ſed Calpe magis, & penè totus in mare prominens. G. Quę

ergo

ergo eſt huius forma? P. Is mirũ in modum cõcauus, ab ea parte, qua ſpectat Occaſum, medium ferè latus aperit. G. Inde qualis eſt? P. Ingreſſus totus admodum peruius, prope quantum patet ſinus. G. Vltra quid eſt? P. Specus. G. In eo quid habetur? P. Carteia, vt quidam putant, aliquando Tarteſſos, & Mellaria. G. Quæ eius inſignia ſunt? P. Trãſuecti ex Africa Phœnices habitant, & vnde nos ſumus. G. Quis eius ſitus eſt? P. Cingitur freto. G. Quæ præterea vrbes relliquam freti [illegible]am, vſque ad Iunonis promontorium, occupant? P. Bello, & Beſippo. G. Iam fretum illud quo excurrit? P. In occidentem, & Oceanũ. G. Qua forma? P. Oblicquo iugo. G. Quis ſitꝰ eſt? P. Ei, quod in Africa Ampeluſiam eſſe diximus, aduerſum eſt. G. Quis vſus eius eſt? P. Finit Europam. G. Omninóne? P. Non, ſed qua noſtra maria ſunt.

MEDITERRANEI MARIS Inſulæ. Caput ſeptimum.

INitio promiſiſti fore, vt peragratis omnibus, quæ mare attingunt, illa ſtatim legeres, quæ cingit Oceanus, quid ergo tibi nūc in mentem venit, de Mediterranei maris Inſulis antè dicere, quàm in Oceani littora terrarumq; circuitū oratio excedat? P. Gades Inſula, quæ egreſsis fretū, obuia eſt, admonet. G. Vnde ergo commodiſsimum eſt incipere? P. A Meotide. G. Quæ ſunt in ea inſulæ? P. Paucæ, neque omnes tamen incoluntur. G. Quamobrem? P. Quoniam nec pabula quidem lárgè ferunt. G. Quid ita? P. Quia habitantibus caro magnorum piſcium ſole exſiccata, & in puluerem vſque contuſa, pro farre eſt. G. Quid in Ponto? P. Paucæ etiam. G. Deprome tamen, niſi moleſtum eſt, eas, quæ ſunt. P. Leuce. G. Quanta eſt? P. Parua admodum. G. Quo cognomine? P. Quod ibi Achilles ſitus eſt, Achillea. G. Quis eius ſitus eſt? P. Boriſthenis oſtio obiecta eſt. G. Nulla alia? P. Non longè accoli-

tur

tur Aria. G. Quæ ratio nominis? P. Quia Marti ſacra. G.Quid de ea fabulis traditur? P. Tuliſſe aues, cum ſumma clade, aduentantium pennas, quaſi tela iaculantes. G. Súntne plures? P. Sex ſunt inter Iſtri oſtia. G. Ex ijs, quæ eſt notiſsima & maxima? P. Peuce. G. Ex ſex nulla alia refertur? P. Thynnias. G. Quibus finibus ſita eſt? P. Maryandinorum finibus proxima. G. Quid ea fert? P. Vrbem, quam, quià Bithyni incolũt, Bithynida appellant. G. Contra Thracium Boſphorum quot ſunt? P. Duæ. G. Quales? P. Paruæ, paruóque diſtantes ſpatio, & aliquando creditę dictęque concurrere. G. Quæ vocãtur? P. Et Cyaneæ, & Symplegades. G. In Propontide quæ habitantur? P. Tantũ Proconeſus. G. Extra Helleſpontum earũ, quę Aſiaticis adiacent regionibus, quę ſunt clariſsimæ? P. Tenedos. G. Quæ eſt eius ora? P. Sigeis aduerſa littoribus. G. Quæ præterea? P. Quo dicẽtur ordine, ad. 1. promontoriũ Tauri mõtis expoſitæ. G. Eas quemadmodũ dixerunt

1. Quod inter LYciã & Pamphiliam in pelagus proijcitur.

runt quidam?P·μακάρων. G.Qua ratione?P.Siue quòd fortunati admodùm cœli ſoliſque ſint, ſiuę quòd eas ſuo ſuorūq; regno Macar occuparat. G.Quo igitur ordine ſitæ ſunt? P. In Troade, Leſbos.G.Quæ sūt in ea oppida?P.Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos, Cyraua, Mytilene. G. Deinde quæ ſunt? P. Chios & Saneos.G.Qua regione?P.In Ionia.G. In Caria quæ?P.Cos.G.In Lycia quæ? Rhodos.G.In.i.illis quæ ſunt vrbes?P. P. Singulæ ijſdem nominibus, quibus inſulę.G.In hac quę ſunt?P.Tres quōdam erant, Lyndos, Camitos, Ialyſos. G.Quę contra Tauri montis promōtorium importunè nauigantibus obiacent, quemadmodum nominantur?P. Chelidoniæ.G.In ſinu, quem maximū Aſia recepit, quæ ſunt inſulæ?P.Prope media eſt Cyprus.G. Quæ eius forma eſt? P. Ad ortum occaſumq; ſe immittens, recto iugo inter Cyliciam Syriaſque porrigitur.G.Quanta eſt?P.Ingēs, vt quæ aliquando nouem regna receperit. G. Aliquót ne nunc vrbes fert?

i. Chio. Samo & Coo.

P.Clariſsimæ ſunt, Salamis & Paphos, &, quo primũ ex mari Venerem egreſſam accolæ affirmant, Palepaphos. G. In Phenicia quæ ſunt? P. Arados, parua inſula. G. Quàm parua? P. Quantum patet oppidum. G. Incultam ergo & vaſtam eſſe oportet. P. Frequens tamẽ. G. Qua id ratione fieri poteſt? P. Quia etiam ſubter aliena tecta ſedem ponere licet. G. Canopos inſula quanta eſt? P. Parua. G. Quæ eſt eius ora? P. Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obuia eſt. G. Quis inſulæ nomen dedit? P. Menelai gubernator Canobus, ibi forte moriens, nomen inſulæ illa oſtio dedit. G. Pharos inſulæ quæ regio eſt? P. Alexandriæ nunc ponte coniungitur. G. Quid, olim longius abfuit? P. Vt Homerico carmine proditum eſt, curſu diei totius ab eiſdem oris abducta. G. Quod ſi ita res ſe habeat, quid videri poteſt coniectantibus in tantum mutatæ cauſas præbuiſſe? P. Nilum, dum limum ſubinde, & præcipuè cum exundaret, littori annectens, auget ter-

terras, ſpatiumque augeſcentium in vicina vada promouet. G. Hactenus Aſiæ inſulas expoſuiſti, nunc ergo commemores nobis eas, quæ ſunt in Africa ſitæ. P. Cutelctos, Meninx & Cercinna. G. Qua ora? P. Illa contra maiorem Syrtim, hæ contra minoris promontoria. G. Quę ſunt præterea? P. Tarichię, & Aegathes. G. Qua re memorabiles? P. Romana clade. G. Qua Africæ regione ſitæ? P. Cōtra Carthaginis ſinum. G. Paucę ergo Africæ ſunt, quid Europæ? P. Plures Europe littoribus ſunt appoſitæ. G. Quo loco? P. in Aegeo mari, prope Thraciā. G. Quæ ſunt? P. Thaſos, Imbros, Samothrace, Scandille, Polyægos, Scyathos, Haloneſos & Lemnos. G. Quænam hæc eſt? P. Quam aliquando, omnibus qui mares erant, reſis, fœminę tantū, tenuiſſe dicunt. G. Qua hęc regione ſita eſt? P. Atho monti aduerſa. G. Scyathos quē ſitum habet? P. Pagaſeus ſinus Scyathon proſpicit, Cicyneton amplectitur. G. Euboea qua forma eſt? P. Ad Meridiem promontorium Gereſton

& Caphareum, ad Septentrionē Cœnneum extrudit. G. Quanta eſt? P. Nuſquam lata, duum millium ſpatium habet, vbi arctiſsima eſt, cæterum longa, totiq; Bœotiæ oppoſita. G. Quàm longè diſtat à littore Bœotię? P. Anguſto freto. G. Fretū quomodo vocāt? P. Euripō. G. Quale eſt? P. Rapidū mare, et alterno curſu ſepties die, ac ſeptiesnocte fluctib⁹ inuicē verſis, adeò immodicè fluēs, vt ventos etiam, & plenis velis nauigia fruſtretur. G. Quæ ſunt in ea oppida? P. Heſtiea, Eretria, Pyrrha, Neſos, Oechalia. G. Quæ ſunt opulentiſsimæ? P. Caryſtos & Chalcis. G. In Attide quę ſunt? P. Helenę nota ſtupro Hellenę, & Salamis excidio claſsis perſicæ, notior. G. Circa Peloponneſon quæ ſunt? P. Phitiuſa, & Aegina. G. Quo Peloponneſi latere? P. Etiā nunc in Aegeo. G. Qua regione? P. Epidaurico littori proxima. G. Quæ præterea? P. Calauria. G. Inter ignobiles ſita quare ipſa nobilis eſt? P. Leto Demoſthenis. G. Quod ad littus ſita eſt? P. Trœzenio

zenio littori proxima. G. Quæ ſunt aliæ? P. Cythera, Theganuſa. G. In mari ne Aegeo? P. Non, verum in Myrtoo. G. Qua regione? P. Illa contra Maleam emiſſa, hæc cõtra Acritã. G. Exprome nobis alias inſulas. P. Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulychiũ et Ithacã. G. Inter tot non ignobiles inſulas obſcurari videt̃ hæc, nõ illuſtrari. P. Imo Vlyſsis nomine maximè illuſtris. G. Quis hijs locus eſt? P. In Ionio. G. Iã ĩ Epiro q̃ ſunt? P. Echinades, Strophades, olim Plotæ. G. Dic alias. P. Leucadia & Corcyra. G. Quis harum ſitus eſt? P. Illius contra Ambracium ſinum, huius vicinus Adriatico mari. G. Quas hactenus Europæ inſulas commemoraſti, ab Aegeo mari exorſus, quorum terris obiacent? P. Thracum, Graiorumq́;. G. Quæ ergo ſunt interius? P. Melos, Olearos, Aegina, Cathõ, Ios, Thera, Hyeros, Hippuris, Donyſa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Niſyros, Lebinthos, Calydne, Aſinæ. G. Quo hæ communi nomine

vocantur? P. Sporades. G. Quæ ratio nominis? P. Quia diſperſæ ſunt. G. Quæ ab eis ſunt, quomodo dicuntur? P. Cyclades. G. Quare? P. Quia in orbē iacent. G. Quæ ſunt earū ſingula nomina? P. Sicyn', Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene, Paros, Scyros, Tenos, Myconos, Naxos, Delos, Andros. G. Quo loco ſita eſt Crete? P. Super eas iam in medio mari. G. Quāta eſt, paruáne, vt ꝓximè? P. Ingens, & centū quondam vrbibus habitata. G. Quæ eius forma eſt? P. Ad Orientem, promontoriū Sammonium, ad Occidentem χριοῦ μέτωπον immittit, niſi maior eſſet, Cypro ſimilis. G. Eſtne ea paulo illuſtrior? P. Multis famigerata fabulis. G. Quibus? P. Aduentu Europæ, Paſiphaes & Ariadne amoribus, Minotauri feritate fatoque, Dedali operibus & fuga, tū ſtatione, atque morte. G. Qua re maxime nobilitata eſt? P. Eò quòd ibi ſepulti Iouis pene clarum veſtigium ſepulchrū eſt, cui nomen eius inſculptum eſſe accolæ oſtendunt. G. Vrbium quæ ſunt

notiſ-

notiſsimæ?P. Gnoſos, Cortyna, Lyctos, Lycaſtros, Holopixos, Phæſtos, Sydon, Manethuſa, Dictynna. G. Inter montes cuius fama excellit? P. Idæi montis. G. Qua re? P. Quòd ibi nutritum Iouem accepimus. G. Nulli igitur alij ſunt? P. Iuxta Aſticla Naumachos, Zephire, Criſe, Gaudos, et quas Muſagoros numero tres, vno tantũ vocabulo appellãt, atq;, vnde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos. G. Hactenus ergo Aegei & Ionij maris inſulas nobis explicuiſti, reſtat Adriaticũ, nullæ ne ibi ſunt inſulæ? P. Sunt Abſoros, Celaduſæ, Abſyrtis, Iſſa, Trucones, Hydria, Electrides, Nigra, Corcyra, Tragurium, Diomedia, Aeſtria, Aſine & Pharos. G. Eam ne dicis, quæ Alexandriç ponte coniungitur? P. Nõ, ſed aliam. vt enim illa Alexandriæ ita hæc Brunduſio adiacet. G. Egreſsi iam ſumus Aegeum, Ionium, Adriaticum mare, quæ nunc reſtant deinceps inſulæ? P. Sicilia, quam ferunt aliquando continentẽ & agro Brutio

annexam poſt freto maris Siculi abſciſſam fuiſſe. G. Quale eſt illud fretum? P. Anguſtum, & anceps alterno curſu, modò in Tuſcum, modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, ſæuum. G. Num qua re inclitũ eſt? P. Scyllæ Charybdiſque ſæuis nominibus. G. Quid Scylla, quid Charybdis eſt? P. Scylla ſaxum eſt, Charybdis mare, vtrumque noxium appulſis. G. Siciliæ quæ forma eſt? P. Ipſa ingẽs, & tribus promontorijs in diuerſa procurrẽs, Græcę literæ imaginem, quę delta dicitur, efficit. G. Promontoria quibus nominibus vocantur? P. Pachinum vocatur, quod Græciam ſpectat: Lylibæum, quod in Africam: Pelorum, quod in Italiam vergẽs, Scyllę aduersũ eſt. G. Quæ cauſa nominis? P. Pelorus gubernator, ab Hannibale ibidẽ conditus. G. Quid ita? P. Quia eũ profugus ex Africa Hannibal, ac per ea loca Syriam petens, cum procul intuenti viderentur continuo eſſe littora, & nõ peruium pelagus, proditum ſe arbitratus, occiderat. G. Ab eo ad Pachynum

ora

ora quæ extenditur, quod mare attingit? P. Ionium. G. Quæ fert illuſtria? P. Meſſanam, Taurominium, Catinam, Megarida, Syracuſas, & in ijs mirabilē Arethuſam. G. Quare? P. Quia fons eſt, in quo viſuntur iacta in Alpheum amnem Peloponeſiaco littori infuſum. G. Id fieri qui poteſt, cum ſe conſociet pelago? P. Inde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terraſque depreſſus, huc agere alueū atq; hic ſe rurſus extollere. G. Inter Pachynū & Lilybæum quæ ſunt? P. Acragas, Heraclea & Therme. G. Inter Lilybæum & Pelorida quæ? P. Panormus & Hymera. G. Hęc quidē ad littora, interius verò quæ ſunt? P. Leontini, Centuripinum, Hybla, alięq; complures. G. Vrbium quænam famam habet præcipuam? P. Enna. G. Quare? P. Ob Cereris tēplum. G. Montiū quis maximè memoratur? P. Erijx & Aethna. G. Qua de cauſa? P. Ille ob delubrū Veneris ab Aenea conditū, hic, quia Cyclopas olim tulit, nunc aſsiduis ignibus flagrat. G.

De amnibus quis maximè referendus? P. Hymera. G. Quare? P. Quia in media admodum ortus in diuerſa decurrit, ſcindensq; eam vtrinq;, alio ore in Libicum, alio in Tuſcum mare decurrit. G. Circa Siciliam quæ ſunt? P. Eſt Aeæ, quam Calypſo habitaſſe dicitur. G. Qua regione? P. In Siculo freto. G. Súntne aliæ circa eã? P. Sũt, Gaulos, Melita, Coſura. G. Qua eius regione? P. Africam verſus. G. Quæ ſunt aliȩ circa eam iacentes? P. Galata, & illæ ſeptẽ, quas Aeolias appellant, Oſteodes, Lipara, Dydime, Phenicuſa, Ericuſa, Hiera et Strongylæ, vt Aetna, perpetuo flagrant igne. G. Qua eius parte ſitæ ſunt? P. Propius Italiam. G. Deprome nobis alias. P. Pithecuſa, Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreæ, Prochyta, Pontiæ, Pandataria, Phitonia, Palmaria. G. Quis earum ſitus eſt? P. Italico lateri obiacent. G. Quibus finibus? P. Citra Tyberina oſtia. G. Súnt ne etiam aliæ Italicò lateri appoſitæ? P. Sunt paruæ, Dianium,

Igini-

Iginium, Carbania, Vrgo, Ilua, Capraria. G. Qua ora? P. Vltra eas, quas paulò antè commemoraui. G. Quid, nullæ reperiũtur in hac ora grandes? P. Duæ. G. Laté ne diſtant? P. Diuiſæ freto Hetruſco. G. Earum quæ eſt littori propior? P. Corſica. G. Quæ eſt eius forma? P. Inter latera tenuis & longa. G. A quibus colitur? P. Præterquam vbi Aleria & Marianæ coloniæ ſunt, à barbaris. G. Quæ eſt altera grandis? P. Sardinia. G. Quis eius ſitus eſt? P. Africum pelagus attingit. G. Quæ forma? P. Niſi quod in Occidentem, quàm in Orientem anguſtius ſpectat, par & quadrata vndique, & nuſquam non aliquanto ſpatioſior, quàm vbi latiſsima eſt Corſica. G. Quæ eſt regionis natura? P. Soli, quàm cœli melioris. G. Quid ita? P. Quia vt fœcunda, ita pene peſtilens. G. In ea qui ſunt antiquiſsimi populorũ? P. Ilienſes. G. Vrbiũ quę ſunt antiquiſsimæ? P. Calaris & Sulchi. G. Emenſis iam Italiam quæ proximæ inſulæ occurrunt? P. In Gallia, quas referre conue-

conueniat, ſolę ſunt Stoechades. G. Eę quam latè iacent? P. Ab ora Lygurum ad Maſsiliam vſque diſperſæ. G. Quæ tũ inſulę ſe offerunt? P. Baleares. G. In Galliá ne? P. Non, verùm in Hiſpania. G. Qua ora? P. Contra Tarraconenſia littora ſitæ. G. Quis earum ſitus eſt? P. Non longè inter ſe diſtant. G. Quẽadmodum perhibentur? P. Maiores mi noreſque. G. Vnde hæc cognomina acceperunt? P. Ex ſpacio ſuo. G. Quæ sũt in minoribus caſtella? P. Iamno & Mago. G. Quæ in maioribus? P. Palma & Polentia coloniæ. G. Quæ ſunt præterea in Hiſpania inſulæ? P. Ebuſos & Colubraria. G. Qua ora? P. E regione promontorij, quod in Sucronenſi ſinu Ferrariam vocant. G. Quam habet Ebuſos vrbem? P. Vrbem eodem nomine. G. Quæ eſt eius inſulæ natura? P. Frumentis tantum non fœcunda, ad alia largior, & omnium animaliũ, quæ nocent, adeò expers, vt ne ea quidem, quę et agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut ſi inuecta ſint, ſuſtineat. G. Qua

lis

lis eſt Colubraria? P. Contra, ſcatet enim multo, ac malefico genere animalium. G. Quid igitur tibi venit in mentem eius meminiſſe? P. Quod cùm ſit ideò inhabitabilis, tamen ingreſsis eam, intra id ſpacium, quod Ebuſitana humo circumſignauerunt, ſine pernicie tuta eſt, iiſdem illis ſerpentibus, qui ſolent obuios appetere, aſpectum eius pulueris, aliúd ue (quod veriùs eſt) procul & cum pauore fugientibus.

Finis libri ſecundi.

EXTIMA HISPANIAE LITTORA. LIBER TERTIVS.

Caput. I.

G. QVæ ſumma eſt, quod argumentum eorum, quæ hactenus dicta ſunt? P. Dicta eſt ora noſtri maris, dictæ inſulæ, quas amplectitur. G. Quid ergo reſtat? P. Circuitus ille, quem, vt initio diximus, cingit Oceanus. G. Quis is eſt? P. Ingens & infinitum pelagus. G. Quod eius ingenium eſt? P. Magnis æſtibus concitum (ita enim motus eius vocant) modò inundat campos, modò latè nudat ac refugit. G. Quomodo, alios alioſque inuicem inundat ac nudat, & alternis acceſsibus nunc in hos, nunc in illos impetu vertitur? P. Minimè. Sed

Sed vbi in omnia littora, quãuis diuerſa, terrarum inſularumque, ex medio pariter effuſum eſt, rurſum ab illis colligitur in medium, & in ſemetipſum redit. G. Quomodo? P. Tanta vi ſemper immiſſum, vt vaſta etiam flumina retroagat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat. G. Quæ huius rei tam admirabilis cauſa eſt? P. Adhuc ſatis cognitum non eſt, anhelitúne ſuo id mundus efficiat, retractamque cum ſpiritu ſuo regerat vndam vndique, ſi, vt doctioribus placet, vnum animal eſt. G. Quę igitur alia poteſt ſubeſſe cauſa? P. Depreſsi aliqui ſpecus, quo reciproca maria reſidant, atque inde ſe rurſus exuberantia attollant. G. Extra iſtas duas quid poteſt eſſe aliud, quod cauſas tantis meatibus prębeat? P. Luna. Ad ortus enim eius occaſuſq; variantur, neq; eodẽ aſsiduè tẽpore, ſed vt illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atque aduentare cõperimus. G. Iã verò huc: 1. egreſsi quęnã littora ſequemur. P. Ea, q̃ exeuntib⁹ dextera ſunt

1. Herculis columnas in Oceanũ Atlanticũ.

ra ſunt. G. Quidnam eſt, quod greſſos tum excipit? P. Aequor Atlanticum & ora Beticæ frontis. G. Quæ eſt eius forma? P. Niſi quòd ſemel iterumque paululum in ſemet .2. abducitur, vſque ad fluuium Anam, pene vt directo limite extenta eſt. G. Qui populi hanc oram habitãt? P. Turduli & Baſtuli. G. Quid eſt in proximo ſinu? P. Portus, quē Gaditanũ; & Lucus, quem Oleaſtrum appellant. G. Quid tum? P. Caſtellum Ebora in littore; & procul à littore, Aſta Colonia. G. Quidnam extra ſinum eſt? P. Iunonis ara, templumque. G. Quid aliud eſt? P. Monumentum Geryonis. G. Vbinam, in ſinu, an extra eum? P. In ipſo mari. G. Quid ergo in inſula? P. Imo ſcopulo magis, quàm inſulę impoſitum. G. Betis, qui huic regioni nomen dedit, vnde demittitur? P. Ex Tarraconenſi regione. G. Quo decurrit? P. Per .3. hãc ferè mediã. G. Quomodo? P. Diu, ſicut naſcitur, vno amne. G. Poſt quomodo? P. Vbi nō lōngè à mari grandem lacum fecit, quaſi ex vno fonte

2. Sinꝰ admittens.

3. Beticam.

ſõte geminus exoritur. G. Quãtus eflu-
it? P. Quãtus ſimplici alueo venerat, tã-
tus ſingulis. G. Dixiſti hactenus de pri-
mo Beticæ frontis ſinu, quid tũ ſequi-
tur? P. Sinus alter. G. Quàm latè is pa-
tet? P. Vſque ad finem. 1. prouinciæ in- 1. Anã fluuium.
flectitur. G. Quæ eum oppida contin-
gunt? P. Olingi, Onoba. G. Quæ oppi
da? P. Parua. G. Quæ ergo prouincia
eſt trans Anam? P. Luſitania. G. Quæ e-
ius forma eſt? P. Quà mare Atlanticum
ſpectat, primum ingenti impetu in al-
tum abit, deinde reſiſtit, ac ſe magis et-
iam, quã Betica abducit. G. Qua pro-
minet, quoties in ſemet mare recipit? P.
Bis. G. In quot promontoria diſpergi-
tur? P. In tria. G. Anæ proximum quo
nomine dicitur? P. Cuneus ager. G.
Quare? P. Quia lata ſede procurrens,
paulatim ſe ac ſua latera faſtigiat. G.
Sequens promõtorium quomodo vo-
cant? P. Sacrum. G. Quod vlterius eſt,
quomodò? P. Magnum. G. Quæ ſunt
in Cunæo? P. Myrtilis, Balſa, Oſſono-
ba. G. In Sacro quæ? P. Lacobriga, &
K portus

fluunt? P. Auo, Celandus, Nebis, Minius, &, cui obliuionis cognomen eſt, Limia. G. Flexus ipſe quam vrbem amplectitur? P. Lambricam. G. Quos recipit fluuios? P. Iernam & Viam. G. Partem, quę prominet, qui habitãt? P. Preſamarci. G. Per eos quę flumina decurrũt? P. Tamaris & Sars. G. Vnde orta? P. Nõ lõgè. G. Quę loca attingunt? P. Tamaris ſecundũ Arotebrarũ portum, Sars iuxta turrim, Auguſti titulo memorabilẽ, delabit. G. Cętera ſuper qui incolunt? P. Tamarici, Nerijque in eo tractu vltimi. G. Quid tibi vis, quod in eo tractu dicis? P. Hactenus enim ad Occidentem verſa littora pertinent. G. Deinde quo? P. Ad Septentrionem toto latere terra conuertitur. G. Omninó ne? P. A Celtico promontorio ad Scythicum vſque. G. Hinc quæ regionis forma? P. Perpetua eius ora, niſi vbi modici receſſus ac parua promontoria ſunt, ad Cantabros pene recta eſt. G. In ea ora primi qui ſunt? P. Artabri et Ianaſim, Celticę

gentis, deinde Aſtures. G. In Artabris quæ ſunt? P. Sinus, ore anguſto admixtum mare, non anguſto ambitu excipiens. G. Sinus is quid incingit? P. Adrobicum vrbem, & quatuor amnium oſtia. G. Súntne eiuſdem famæ omnia? P. Duo etiam inter accolentes ignobilia ſunt. G. Per alia duo qui fluuij exeunt? P. Mearus & Narius. G. Quo loco? P. Ad Libuncam. G. In Aſturum littore quid eſt? P. Noega oppidũ, & tres aræ, quas Seſtianas vocant, in Peninſula ſedent. G. Cuius nomine ſunt ſacræ? P. Auguſti nomine. G. Famam vllã habent? P. Illuſtrãt terras, antè ignobiles. G. Ab eo flumine, quod. 1. Saliã vocãt, quæ eſt regionis forma? P. Incipiunt oræ paulatim recedere, & latę adhuc Hiſpaniæ magis magiſque ſpatia contrahere. G. Quàm longè ſemet, & terras anguſtant Hiſpaniæ? P. Vſque adeò, vt earum ſpatium inter duo. 2. maria dimidio minus ſit, qua Galliam. 3. tangũt, quam vbi ad Occidentem littus exporrigunt. G. 4. Tractum qui populi tenẽt? P. Can-

1. Vnus eſt ex quatuor amnibus, quos antè dixit.

2. Oceanũ & mediterraneum.

3. Ad Pyrenæos.

4. Poſt Artabros & Aſtures.

P. Cãtabri & Varduli. G. Cantabrorũ quę ſunt? P. Aliquot populi amneſq;. G. Quinam? P. Quorum nomina noſtro ore concipi nequeunt. G. Eos tamen, q poſsũt, enumera. P. Salęni, Autrigones, Origeuiones. G. Quinã per eos fluuij deſcendunt? P. Per Salænos Saurũ, per hos Neſua. G. Qui ſunt alij fluuij? P. Deua & Magrada. G. Quos locos attingunt? P. Ille Tritium tobolicum, hic Ituriſſam et Eaſonẽ. G. Varduli quotuplices ſunt? P. Vna gens. G. Quouſque pertinent? P. Hinc ad Pyrenæi iugi promontorium. G. Qui eorũ fines ſunt? P. Claudunt Hiſpanias.

EXTIMA GALLIARVM ora. Caput Secundum.

PYrenæi iugi promontorium quidnam ſequitur? P. Galliæ latus alterum. G. Eius oræ quæ forma eſt? P. Primo nihil progreſſa in. [1]altum. G. Quæ mox? P. Tantundem pene in pelagus excedit, quantũ retro Hiſpania abſceſſe- G.

1. Hoc eſt, anguſta eſt.

ſerat. G. Quo id loco fit? P. Vbi: 2. Cãtabricis fit aduerſa terris. G. Quæ tum? P. Grandi circuitu. 3. inflexa, ad Occidentem littus aduertit. G. Quæ deinde? P. Tunc ad Septentrionem conuerſa, iterum longo rectoque tractu, ad ripas Rheni amnis expanditur. G. Quæ eſt terræ natura? P. Eſt frumẽti præcipuè et pabuli ferax, & amœna lucis immanibus. G. Quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, quemadmodum alit? P. Aegrè, nec vbique. G. Noxiò ne genere animalium, vt Colubraria, ſcatet? P. Imo minimè frequens. G. Gentes quales ſunt? P. Superbæ, ſuperſtitioſæ. 4. aliquãdo etiam immanes. G. Quemadmodum? P. Adeò, vt hominem optimam, & gratiſsimam dijs victimam crederent. G. Feritatis iam abolitæ manentne etiam veſtigia vlla? P. Manent, vt enim ab vltimis cædibus temperent, nihilominus vbi deuotas altaribus admouêre, delibant. G. Cum tam feri ſint, quam dicis, literas videntur neſcire. P. Habent tamen & facundiam

2. Hoc eſt in Curiano promontorio.

3. A Santonum promontorio ad Gobæũ.

4. Id eſt, olim.

diam ſuam, magiſtroſque ſapientiæ Druidas. G. Quid hi profitentur ſe ſcire? P. Terræ mũdiq; magnitudinẽ & formam, motus cœli, ac ſyderum; & quid Dij velint. G. Quænam docent? P. Docent multa nobiliſsimos gentis clam & diu, vicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. G. Ex ijs ergo, quæ præcipiunt, nihil in vulgus effluit? P. Vnũ emanat: Aeternas eſſe animas, vitamque alteram ad manes. G. Quare id potiſsimum? P. Videlicet vt forẽt ad bella meliores. G. Quibus exemplis id ita ſe habere, ſibique perſuaſum eſſe oſtendunt? P. Cùm mortuos cremant, ac defodiũt, apta viuentibus olim negotiorum ratio, etiam & exactio crediti deferebatur ad inferos, erantque qui ſe in rogos ſuorum, velut vnà victuri, libenter immitterent. G. Regio omnis, quam incolũt, quo nomine vocata eſt? P. Comata Gallia. G. Populorũ ſumma nomina quot ſunt? P. Tria. G. Quibus finibus terminantur? P. Fluuijs ingentibus. G. Quomodo? P.

Quia pēdere eā & attolli, aqs increſcē tib⁹, incolæ exiſtimant. G. Qua ratione ducti id putāt? P. Quia cum videatur æditior, aquis obiacet: vbi ſe fluctus impleuit, illam operit, nec vt prius tātùm ambit. G. Quæ eſt alia cauſa, quamobrem id ſibi perſuadeant? hæc enim pertenuis eſt. P. Quod ea, quibus antè ripæ colleſque, ne cernerentur, obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiori perſpicua ſunt. G. Latus illud terræ procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis aduerſa littoribus, alijs aliſque populis media eius habitantibus, vnde incipit? P. A Garumnæ exitu. G. Ora deflexa vnde incipit? P. A Santonibus. G. Quo uſque pertinet? P. Ad Oſiſmios. G. Iam ab illis, quæ eſt forma regionis? P. Iterum ad Septentriones frons littorum reſpicit. G. Oſiſmij quàm longè porriguntur? P. Ad vltimos Gallicarum gētium Morinos. G. Apud hos populos quid eſt maximè memorabile? P. Portu, quem Geſſoriacum vocant, nihil habent notius. G. Rhenus vnde deci-

dit? P. Ab Alpibus. G. Quæ eius initio forma eſt? P. Duos à capite lacus efficit, Venetum & Acronium. G. Quæ mox? P. Diu ſolidus, & certo alueo lapſus. G. Haud procul à mari quæ? P. Huc & illuc diſpergitur. G. Ad ſiniſtram ergo qualis eſt? P. Amnis etiam tum, & donec effluat, Rhenus. G. Ad dextram qualis? P. Primò anguſtus, & ſui ſimilis, pòſt ripis longè ac latè recedentibus, iam non amnis, ſed ingens lacus, vbi campos impleuit, Fleuo dicitur. G. Tam latè ſparſus nihil amplectitur? P. Eiuſdem nominis Inſulam. G. Quæ tum eius forma? P. Fit iterum arctior, iterumque fluuius emittitur.

GERMANIA.
Caput Tertium.

G. A Rheno quæ regio ſequitur? P. Germania. G. Quibus ea finibus hinc,

hinc, id eſt, ab Occidente abducta eſt?
P. Ripis eius. G. Quouſque? P. Vſque
ad Alpes. G. Quibus finibus à Meridie
terminatur? P. Ipſis Alpibus. G. Quibus
ab Oriente? P. Sarmaticarum confinio
gentium. G. Qua Septentrionem
ſpectat, quibus terminis coercetur? P.
Oceanicó littore. G. Qui Germaniam
habitant, quales ſunt? P. Immanes animis
atque corporibus. G. Animos atque
corpora quemadmodum exercēt?
P. Ad inſitam feritatem vaſtè vtraque.
G. Quid hoc eſt? P. Bellando animos:
corpora ad conſuetudines laborum,
maximo frigore nudi agunt, antequā
ſint puberes, & longiſsima apud eos
pueritiā eſt. G. Quis ipſis corporis cultus
eſt? P. Viri ſagis velantur, aut libris
arborum. G. Quæ ſunt eorum in ocio
exercitationes? P. Quamuis ſæua
hyeme nandi non patientia tantū illis,
ſtudium etiā eſt. G. Bellorum, quæ cum
finitimis gerunt; quas cauſas afferre
conſueuerunt? P. Cauſas ex libidine
accerſunt. G. Quarum rerū cupiditate
bella

ſunt?P. Nulli,niſi quorum nomina vix eſt eloqui ore Romano. G. Amnium qui ſunt clariſsimi?P.Danubius,Rhodanus, Mœnis, Lupia,Amiſius,Viſurgis,& Albis.G.Eorum quæ ſunt differentiæ?P. Danubius & Rhodanus in alias gentes exeunt: Mœnis & Lupia in Rhenum, in Oceanum relliqui. G. Super Albin quid eſt? P. Codanus ingens ſinus,magnis paruiſq; Inſulis refertus. G. Acris illius maris,quod gremio litторũ accipitur, quę forma eſt?P. Nuſquam latè patet,nec vſquam mari ſimile,verùm aquis paſsim interfluentibus, ac ſæpe tranſgreſsis vagum atq; diffuſum, facie amnium ſpargitur. G. Qua littora attingit, quæ eius forma eſt?P. Ripis contentum inſularum,non longè diſtantibus,et vbiq; pene tantundẽ, vt anguſtum,& par freto,curuanſque ſubinde ſe, longo ſupercilio inflexum eſt. G.In eo ſupercilio qui ſunt?P.Cymbri & Teutoni.G. Qui vltra?P. Vltimi Germaniæ Hermiones.

Sar-

SARMATIA.

Caput Quartum.

G. Sarmatiæ quæ eſt forma? P. Intus, quã ad mare, latior. G. Ab ijs, quæ ſequitur, quã re diſcreta eſt? P. Viſula amne. G. Qua retro .1. abit, quouſque immittit? P. Vſque ad Iſtrum flumen. G. Gens habitu, armiſque qualis eſt? P. Parthicæ proxima. G. Quid eſt, quod inter illos & Perſas differat? P. Vt cœli aſperioris, ita & ingenij. G. Quemadmodum habitant? P. Non ſe vrbibus tenent, & ne ſtatis quidem ſedibus. G. Quibus ex cauſis mutant domicilia? P. Vt inuitauere pabula, vt cedens & ſequens hoſtis exigit, ita res opeſque ſecum trahentes, ſemper caſtra habitant. G. Qualis gentis natura? P. Bellatrix, libera, indomita, & vſque eo immanis atque atrox, vt fœminæ etiam cum viris bella ineant. G. Fœminæ, vt ad bella habiles fiant, quidnam efficiunt? P. Na-

.1. Hoc eſt, ad meridiẽ

P. Natis ſtatim dextram mammam adurunt. G. Quid ita? P. Vti inde expedita in ictus manu, quæ exeritur, virile fiat pectus. G. Omnis ne ætatis fœminarum eadem ſunt munera? P. Arcus tendere, equitare, venari puellaria penſa ſunt. G. Quod igitur adultarum ſtipendium eſt? P. Ferire hoſtem, adeò vt non percuſsiſſe pro flagitio habeatur. G. Quæ prætereа pœna conſtituta eſt ijs, quæ hoſtem non percuſſerint? P. Virginitas.

SCYTHIA.

Caput Quintum.

1\. INde qui populi ſequuntur? P. G. Scythici populi. G. Quæ illi loca incolunt? P. Aſiæ confinia. G. Omninó ne? P. Niſi vbi perpetuæ hyemes ſedent, & intolerabilis rigor. G. Vnóne communi aliquó nomi-

1\. A Viſtula amne.

nomine appellati ſunt? P. Ferè omnes etiam in vnum Sagæ. G. Emenſis iam Europã, ediſſeras nobis, ſi placet, in Aſiatico littore, qui primi iaceãt. P. Hyperborei. G. Quis illorum ſitus eſt? P. .1. Sub ipſo ſyder carũdine, vbi ſol non quotidiè, vt nobis, ſed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demũ occidit. G. Sex ergo menſibus dies illis, vſque continuus eſt? P. Et totidem alijs nox. G. Qualis terra eſt? P. Anguſta, per ſe fertilis. G. Quales cultores? P. Iuſtiſſimi, & qui diutius, quàm vlli mortalium, viuunt. G. Quę eius rei cauſa eſt? P. Quippe feſto ſemper ocio, leti non bellanouere, non iurgia. G. Quis eorum relligionis ritus? P. Sacris operantur, maximè Apollinis. G. Sacrorum primitias, tam longe Delon vſque miſiſſe credibile? P. Initio per virgines ſuas, deinde per populos, ſubinde tradidiſſe vlterioribus feruntur. G. Morẽ eum tam longe proficiſcendi ad ſacra, quamdiu ſeruaſſe dicuntur? P. Donec vitio gentium temperatus eſt. G. Quid hoc? P. Do-

i. Super Aquilonẽ Ripheoſque montes.

Donec per petulantiam hominum fieret, vt parum tuta eſſet virginibus profectio. G. Quemadmodum habitant? P. Lucos ſyluaſque. G. Quæ apud eos funerum ratio? P. Vbi eos viuendi ſatietas, magiſque tædium cepit, hilares redimiti ſertis, ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dant, id eis funus eximiũ eſt. G. Mare Caſpium quale eſt? P. Vt anguſto, ita longo etiã freto primũ terras quaſi fluuius irrumpit. G. Vbi recto alueo influxit, quæ eius tum forma eſt? P. In tres ſinus diffunditur. G Quoſnam? P. In Hyrcanum, Scyticum, in eum, quem propriè, & totius nomine, Caſpium appellant. G. Quibus iſti locis ſeparantur? P. Contra os ipſum primus, alter ad. 1. ſiniſtrã, ad dextrã terti⁹ ſitus eſt. G. Quod eius ingeniũ eſt? P. Omne atrox, ſæuũ, ſine portibus, procellis vndiq; expoſitũ, ac beluis magis, quèm cętera refertum, & ideo minus nauigabile. G. Ad introeũtium dextram, qui populi inſident? P. Nomades, Scythę. 2. freti littoribus. G. Intus

1. Atanai iter huc facientibus; 2 Hoc eſt inuitati & ſuſtentati littorũ fertilitate & amœnitate ad paſtum pecorum.

Intus ad Caſpium ſinum qui? P. Caſpij & Amazones. G. Quænam? Antè enim eas in ponto ad Thermodoonta habitare dixiſti. P. Quas Sauromatidas appellant. G. Ad Hyrcanum qui? P. Albani, & Moſchi, & Hyrcani. G. In Scythico qui? P. Amardi & Pæſici, Derbices etiam. G. Quo eius loco? P. Ad fretum. G. In Caſpio ſinu vllíne amnes fluunt? P. Multi magni paruíque. G. Sed prætermiſsis obſcurioribus, eos, qui famam habēt, enumera. P. Primus Araxes eſt. G. Vnde is deſcēdit? P. Ex Ceraunijs montibus, vno alueo. G. Quot exit in Caſpium? P. Duobus. G. Quà demittitur? P. Tauri latere. G. Qualis eſt? P. Quoad campos Armenię ſecat, labitur placidus, & ſilens, neque in vtram partem quãquam, intueare manifeſtũ. G. Cùm in aſperiora deuenit, qualis eſt? P. Hinc atque illinc rupibus preſſus, & quantò anguſtior, tantò magis pernix frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautiũ. G. Quid tum poſtea? P. Atque ob id ingenti cum murmure

ſonãſ-

ſonanſque deuoluitur. G. Non tamen eadem, qua anteà, pernicitate. P. Imo adeò citus, vt qua ex præcipiti caſurus eſt, in ſubiectam non declinet ſtatim vndam, ſed vltra, quàm canalem habeat, euehat. G. Quemadmodum? P. Plus iugeris ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferens. G. Deinde qualis eſt? P. Vbi incuruus arcuatoq; amne deſcendit, fit tranquillus, iterumque per campos tacitus, & vix fluens, in id littus elabitur. G. Qui ſunt alij amnes noti? P. Cyrus & Cambyſes. G. Vnde æditi ſunt? P. Ex radicibus Coraxici montis vicini. G. Quò abeũt? P. In diuerſa. G. Quà defluunt? P. Per Hyberas & Hircanos, diu, & multum diſtantibus alueis. G. Pòſt, quis eorum curſus eſt? P. Non longè à mari eodem latum accepti, in Hyrcanum ſinum, vno ore perueniunt. G. Qui ſunt relliqui fluuij? P. Iaxartes & Oxos. G. Vnde exeunt? P. Ex Sogdianorum regionibus. G. Per quæ

loca? P. Per deſerta Scythiæ. G. Quò denique exeunt? P. In Scythicum. G. Iaxartus qualis eſt? P. Suo fonte grandis. G. Oxus qualis? P. Incurſu aliorum grandior. G. Rectus ne currit? P. Aliquandiu ad Occaſum ab Oriente. G. Vbi primum inflectitur? P. Iuxta Dahas. G. Quò tum curſum conuertit? P. Ad Septentrionem. G. Vbi demum os aperit? P. Inter Amardos & Pæſicas. G. Syluæ quæ ferunt animalia? P. Alia quoq; dira, verùm & Tygres. G. Quale hoc genus? P. Vtique Hyrcaniæ ſæuum ferarum genus, & vſq; eo pernix, vt illis longè quoque progreſſum equitem conſequi, nec tantum ſemel, ſed aliquoties etiam curſu, vnde cœperit, ſubinde repetito, ſolitũ & facile ſit. G. Cauſa vnde eſt? P. Ex eo, quod vbi ille interceptos earum catulos citus cœpit auehere, rabiem appropinquantiũ fruſtraturus, aſtu vnum de pluribus omittit, hæ proiectum accipiunt, & ad cubilia ſua referunt, rurſumque, & ſæpius remeant. G. Quouſque idem efficiunt

P. Do-

P. Donec ad frequentiora, quàm adire audeant, profugus raptor euadat. G. Vltra Caſpium ſinum quidnam eſt? P. Ambiguum aliquamdiu fuit, idémne Oceanus, an tellus infeſta frigoribus, ſine ambitu, ac ſine fine proiecta. G. Hodie ergò certius aliquid de eo conſtat? P. Conſtat quidem. G. Qui? P. Præter Phyſicos, Homerumq;, qui vniuerſum orbem terrarum mari circumfuſum eſſe dixerunt, Cornelius etiam Nepos tradit. G. Quis is eſt? P. Vt recentior authoritate, ſic certior. G. Teſtem autem rei, quē adijcit, quo facilius credere poſſimus? P. Q. Metellum Celerē. G. Quid eum retuliſſe commemorat? P. Cùm Gallijs proconſul præeſſet, Indos quoſdam à rege Sueuorū dono ſibi datos, vnde in eas terras deueniſſent requirēdo cognoſſe, vi tempeſtatū ex Indicis æquoribus abreptos, emenſóſque, quę intererant, tandem in Germaniæ littora exijſſe. G. Quid inde concluditur? P. Reſtare pelagus. G. Relliqua ergo lateris eiuſdem quemadmodum ſe ha-

bent? P. Aſsiduo gelu durantur, & ideò deſerta ſunt.

HISPANIÆ ET SEPTENtrionis inſulæ. Caput ſextum.

G. His oris, quas ab angulo Beticæ hucuſque perſtrinximus, quæ inſulæ adiacent? P. Multæ ignobiles, & ſine nominibus etiam. G. Sed eatū, quas præterire non libeat, quænam nomen illuſtrius habent? P. Gades. G. Quis eius ſitus eſt? P. Fretum attingit. G. Quā longè diſtat à continenti? P. Anguſto ſpatio, et veluti flumine abſciſſa. G. Qua forma eſt, quà terris ꝓpior eſt? P. Penè rectam ripam agit. G. Quà Oceanum ſpectat, quam habet effigiem? P. Duobus promontorijs euecta in altum, medium littus. 1. abducit. G. Quęnam fert? P. In altero cornu eius nominis, vrbem opulentam. G. In altero quidnam? P. Templū Aegyptij Herculis. G. Quibus rebus id illuſtre? P. Conditoribus, religione, vetuſtate, opibus. G. Quinam conditores? P. Tyrij. G. Cur ſanctū ſit.

1. Hoc eſt medio littore cedit oceano, & arctius ſit.

quæ-

quænam efficiunt?P. Oſſa eius ibi ſita.
G. Annorum vnde principia ſunt? P.
Queis.2. manet numerus, ab Iliaca tẽ-
peſtate. G. Opes denique eius quidnã
aluit?P. Tempus. G. In Luſitania quæ-
nam eſt inſula?P. Erythia. G. Ea quama-
obrem memorabilis eſt? P. Quòd Ge-
ryone, habitatam accepimus. G. Quæ
præterea? P. Aliæ ſine certis nomini-
bus. G. Qui ſunt earum agri?P. Adeó
fertiles, vt cũ ſemel ſata frumẽta ſint,
ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem re-
nouãtibus, ſeptem minimum, interim
plures etiam meſſes ferant. G. In Celti-
cis quęnam ſunt?P. Aliquot, quas (quia
plumbo abundant) vno omnes nomi-
ne Caſſiterides appellant. G. In Britan
nico mari quęnam eſt?P. Sena. G. Quo
ſitu? P. Oſiſmicis aduerſa littoribus.
G. Qua re inſignis eſt?P. Gallici numi-
nis oraculo. G. Eius oraculi anti-
ſtites quales, & quot ſunt?P. Per-
petua virginitate ſanctæ, nouem
numero eſſe traduntur. G. Quo
nomine vocant? P. Gallicenas.

2. Hoc eſt, quàm longè memoria extat.

G. Quibus ingenijs ferunt eſſe prædi-
tas? P. Maria ac ventos concitare car-
minibus, ſeque in quæ velint animalia
vertere, ſanare quæ apud alios inſana-
bilia ſunt, ſcire ventura & prædicere.
G. Omnibúſne perinde eiuſmodi be-
neficia exhibent? P. Non, niſi nauigan-
tibus deditæ, & in id tantùm, vt ſe con-
ſulerent profectis. G. Britannia qualis
eſt, qualeſque progenerat? P. Mox cer-
tiora & magis explorata dicentur. G.
Quid ita? P. Quippe tam diu clauſa a-
perit, ecce principum maximus. G. Qua-
re maximus? P. Quia nō indomitarum
modò ante ſe, verùm ignotarum quo-
que gentium victor. G. Quid is nobis
proderit? P. Propriarum rerum fidem,
vt bello affectauit, ita triumpho decla-
raturus, portat. G. Vt adhuc habui-
mus, quæ eius forma eſt? P. Inter Septē-
trionē Occidētemq; profecta grādi an
gulo, Rheni oſtia proſpicit. G. Deinde
quæ eius forma eſt? P. Obliqua, retrò
latera abſtrahit. G. Quot ſunt eius ab
Oriente cornua? P. Duo. G. Ijs corni-
bus

bus quo ſpectat?P. Altero Galliam, altero Germaniam. G. Tum quæ eius effigies?P. Rurſus perpetuo margine directi littoris ab.1.tergore abducta, iterum ſe in diuerſos angulos cuneat, triquetra, & Siciliæ maximè ſimilis. G. Qualis eſt?P. Plana, ingens, fœcunda, verum ijs, quæ pecora, quàm homines benignius alant. G. Quænam fert?P. Nemora, ſaltus, ac prægrandia flumina, alternis motibus modò in pelagus, modò retro fluentia, & quædam gemmas, margaritaſque generãtia. G. Quęnam alia?P. Fert populos, regeſque populorum. G. Quales ſunt populi?P. Inculti omnes, atque vt longius à continenti abſunt, ita aliarum opum ignari magis. G. Qua in re eorum ſitæ ſunt opes?P. Tantùm pecore ac finibus dites. G. Quis corporum habitus?P. Incertũ ob decorem, an quid aliud, vltro corpora infecti. G. Quarum rerũ cupiditate cauſas, & bella contrahunt, ac ſic frequenter inuicem infeſtant?P. Maximè imperitandi cupidine, ſtudioque, ea

1. Deſcriptio eſt occidentalis lateris.

prolatandi, quæ poſsident. G. Quæ eorum bellandi ratio? P. Dimicant non equitatu modò, aut pedite, verùm & bigis & curribus Gallicè armati. G. Currus, quorum falcatis axibus vtuntur, quo nomine vocant? P. Couinos. G. Supra Britanniam quæ inſula eſt? P. Iuuerna. G. Quanta eſt? P. Pene. 1. par ſpatio. G. Eadém ne etiam forma? P. Non, ſed. 2. vtrinque æqualis tractu littorum oblonga. G. Quæ eſt natura regionis? P. Cœli ad maturanda ſemina iniqui, verùm adeò luxurioſa herbis non lætis modò, ſed etiam dulcibus, vt ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabulo prohibeantur, diutius paſta diſsiliant. G. Cultores eius quales ſunt? P. Inconditi, & omnium virtutum ignari, magis, quàm aliæ gẽtes, aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes. G. Quæ ſunt aliæ ſupra Britanniam inſulæ? P. Triginta, Orcades anguſtis deductæ ſpatijs. G. Quæ præterea inſulæ ſunt? P. Septem Hemodes. G. Supra Britanniam ne, vt illæ

1. Scilicet Britanniæ.

2. Cùm vtrinq; illa promõtoria habeat.

illæ quas paulò ante commemoraſti? P. Non, ſed contra Germaniam proiectę. G. Quo loco? P. In illo ſinu, quē Codanum diximus. G. Ex ijs quænam eſt maxima? P. Codanonia, quam adhuc Teutoni tenent, vt magnitudine alias, ita fœcunditate anteſtat. G. Quæ Sarmatis aduerſa ſunt, Inſulæne ſunt? P. Aliàs inſulæ videntur, aliàs vna & continens terra. G. Vnde id fit? P. Ob alternos acceſſus receſſúſque pelagi, & quòd ſpatia, queis diſtant, modò operiuntur aquis, modò nuda ſunt. G. In hijs quos ferunt eſſe populos? P. Oonas, qui ouis, auium, paluſtrium, & auenis tātum alantur. G. Quos præterea? P. Hippopodas equinis pedibus, & Satmalos. G. Quales? P. Quibus magnę aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui, pro veſte ſint. G. Fabulis id potius, quàm grauibus teſtimonijs tradit. P. Authores etiā, quos ſequi non pigeat, inuenio. G. Thule, cui oræ appoſita eſt? P. Belgarum littori. G. Eſt ne ea celebrata? P. Graijs
& no-

& noſtris carminibus. G. In ea quæ eſt regionis natura? P. Breues vtique noctes sũt. G. Quæ eius rei cauſa? P. Quòd ſol longè occaſurus exurgit. G. Quales ſunt per hyemem? P. Sicut alibi obſcuræ. G. Quales æſtate? P. Lucidæ. G. Quĩ magis æſtate, quàm hyeme? P. Quod per id tẽpus iam ſe altius euehens, quã-quam ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore, proxima illuſtrat. G. Quales per ſolſtitiũ ſunt? P. Nullę. G. Quã-obrem? P. Quòd tum iam manifeſtior non fulgorem modò, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat. G. Talga inſula vbi ſita eſt? P. In Caſpio mari. G. Qualis eſt? P. Sine cultu, fertilis, omni fruge ac fructibus abundans, ſed vicini populi quę gignũtur attingere nefas, et pro ſacrilegio habẽt. G. Quare? P. Dijs parata exiſtimantes, dijſque ſeruanda. G. Illis oris, quas deſertas diximus, vllę-ne adiacent? P. Aliquot, æquè deſertæ. G. Eas quibus nominibus vocant? P. Scythicas. G. Ab ijs recurſus quò inflectitur? P. In Eoum, inque oram terræ ſpectan-

ſpectantis Orientem pertinet. G. Hæc ora, quam dicis, vnde incipit? P. A Scythico promontorio appoſita eſt. G. Qualis eſt? P. Primum omnis ob niues inuia eſt, deinde ob immanitatem habitantium inculta. G. Cultores qui vocãtur? P. Scythæ, Androphagi, & Sagæ. G. Qua regione diſtinctæ ſunt? P. Inhabitabili. G. Qua de cauſa? P. Quia feris ſcatet. G. Quæ deinde regionis natura? P. Vaſta deinde, iterum loca, beluæ infeſtant. G. Quouſque? P. Vſque ad mõtem mari imminentem, nomine Thabin. G. Hunc, quid eſt, quod ſequitur? P. Longè ab eo Taurus attollitur. G. Quæ inter eos montes gẽtes interſunt? P. Seres. G. Quodnam hominum genus? P. Plenum iuſtitiæ, ex commercio. G. Commerciũ ſuũ quomodo peragit? P. Abſens, rebus in ſolitudine relictis.

INDIA. Caput ſeptimum.

G. Sericæ genti quænam proxima imminet? P. Notiſsima India. G. Ea

cui nā oræ appoſita eſt, ab Oriente?P. Eoo pelago. G. Cui à meridie?P. Ei pelago, quod ad meridiē ſpectans, Indicū diximꝰ. G. Hinc, id eſt, à Septētriōe, qua regione definita eſt?P. Tauri iugis. G. Ab Occidēte poſtremò qua? P. Ab Occidente indefinita eſt. G. Quā latè patet?P. Tantū ſpatiū littoris occupat, quantū per ſexaginta dies noctesq́, velificantibꝰ, curſus eſt. G. Quis eius ſitus eſt?P. Ita multū à noſtris abducta regionibus, vt in aliqua parte eius neuter Septentrio appareat, aliterque, quàm in alijs oris, vmbræ ad meridiem iaceant. G. Qualis regionis natura? P. Fertilis, & vario genere hominum, aliorumq́ue animalium ſcatet. G. Quænam alit?P. Formicas non minores, maximis canibus. G. Quod eſt earum ingenium? P. More Gryphorum, aurum penitus egeſtum cum ſumma pernicie attingentium cuſtodire cōmemorant. G. Quæ alia animalia memorātur? P. Immanes ſerpentes. G. Quā immanes?P. Adeò, vt Elephantes morſu, atque ambitu corporis efficiant. G. Cuius ſoli eſt?P. Tam

pinguis alicubi & tam feracis, vt in eo mella frondibus defluant, lanas ſyluæ ferant, arundinum' fiſſa internodia, veluti nautas binos, & quædã ternos etiam vehant. G. Cultorum habitus, moreſque qui ſunt? P. Diſsimiles. G. Quinam? P. Lino alij veſtiuntur, aut lanis, quas diximus, alij ferarum auiumque pellibus, pars nudi agunt, pars tantùm obſcœna velati. G. Corpora hominum qualia ſunt? P. Alij humiles paruique, alij ita proceri, & corpore ingentes, vt Elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos, equis, facilè atque habiliter vtantur. G. Quæ eorum in victu ratio? P. Quidam nullum animal occidere, nulla carne veſci optimũ exiſtimant, quoſdã tãtum piſces alunt, quidã proximos parenteſq́;, priusq̃ in maciem eãt, velut hoſtias cędunt, ceſorumq́; viſcerib. epulari fas, & maximè piũ eſt. G. Quę eſt apud ipſos funerũ ratio? P. Vbi ſenectꝰ, aut morbꝰ inceſsit, ꝓcul à cęteris abeũt, mortẽq́; in ſolitudine, nihil anxij, expectant. G. Oẽs ergo eodẽ modo fati diẽ obeũt? P. Nõ, ſed prudẽtiores, qbus ars

ſtudiumque ſapientiæ contingit, non expectant eam, ſed ingerēdo ſemet ignibus, læti & cum gloria accerſunt. G. Vrbium, quas incolunt, quę eſt clariſsima? P. Nyſa. G. Montium quis maximus? P. Meros Ioui ſacer. G. Vnde famam habent præcipuam? P. Quod in illá genitum, in huius ſpecu Liberum arbitrantur eſſe nutritum. G. Græcis ergo authoribus quidnam ingeſsit, vt Iouis femori Liberum inſutum eſſe dicerent? P. Aut. 1. materia, aut. 2. error. G. Quemadmodum habitatur India? P. Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibotri. G. A Gange qui? P. Nyſij. G. Quām longè? P. Ad Iolida. G. Quæ eſt eius oræ natura? P. Magis, quàm vbi habitetur, exæſtuat. G. Quæ ergo eius oræ gentes? P. Atræ, & quodammodo Aethiopes. G. Ab Iolide, ad Cudum, quæ eſt forma regionis? P. Rēcta ſunt littora. G. Quales populi? P. Timidi, & marinis opibus affatim dites. G. Cudū quidnam conſequitur? P. Tamos. G. Cuius rei nomen? P. promontorium eſt,

1. Quod in hoc mōte Ioui ſacro ſit nutrit9.
2. Quod i, ta falſo putarent.

eſt, ꝙ Taurus attollit collis. G. Quis eius ſitus? P. Alterius partis angulus, initiumque lateris, ad meridiem verſi. G. Ganges & Indus, quo ex genere rerum ſunt? P. Amnes. G. Ille vbi conceptus eſt? P. In Hemodo, Indiç monte. G. Vnicó ne fonte? P. Imò multis. G. Simul vnum alueum fecit, quantus fit? P. Omnium maximus. G. Quàm latè patet? P. Alicubi latius, quãdo anguſtiſsime fluit, decem millia paſſuum. G. In quot ora diſpergitur? P. In ſeptem. G. Indus vnde exoritur? P. Ex monte Paropamiſo. G. Quæ flumina admittit? P. Et alia, ſed clariſsima, Cophen, Aceſinẽ, Hydaſpen. G. Quot alueis conceptam vndam trahit? P. Pluribus. G. Quàm longè à ſe diſtantibus? P. Lato ſpatio. G. Hinc quantus eſt? P. Penè Gangem magnitudine exęquat. G. Pòſt quę eius forma eſt? P. Vbi aliquot ſæpe magnis flexibus cingit iugum, ingens iterum rectus ſoliduſque deſcendit. G. Quouſq;? P. Donec ad dextram leuamque ſe diducens, duobus oſtijs longè diſtantibus,

bus, exeat. G. Tamum vſque nos antea deduxiſti, quæ ergo pòſt regionis forma eſt? P. Ad Tamum inſula eſt Chryſe. G. Nullàne ante eam fuit? P. Imò ad Gangem Argyre. G. Quid iſta peregrina nomina ſibi volunt? P. Quod altera aurei ſoli (ita veteres tradidêre) altera argentei ſit. G. Ita ſe rem habere, vt nomina ſignificant, eſtne credibile? P. Vt maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex nomine ficta eſt fabula. G. Taprobane cuius rei nomen eſt? P. Aut grandis admodum inſula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur. G. Quid tu quæſo ea de re ſtatuis? P. Prope verum eſſe, quod Hipparcho placet. G. Qua ratione? P. Quia habitatur, nec quiſquã circa eam eſſe dicitur. G. Contra. i. Indum fluuiũ quidnã eſt? P. Illa oſtia ſunt, quæ vocant ſolis. G. Qualia? P. Adeò inhabitábilia, vt ingreſſos vis circumfuſi aeris examinet confeſtim. G. Inter ipſa oſtia quemadmodũ habitatur? P. Rara tenet regio. G. Frequens tamẽ, vt arbitror. P. Imo ob æſtus intolerabiles alicubi

ſ. hic Ioac. Vadianus & Io. Oliuarius Cõtra inde legunt negligentiſſimè & indoctiſſimè, nõ enim plus ſenſus habebat, quã ſcriptũ fuiſſet cõtra ſilicem illa oſtia, &c

alicubi cultoribus egens .G. Inde iam ad principia Rubri maris, quæ regio pertinet? P. Inuia atq; deſerta humus, & cineri magis, quã pulueri ſimilis. G. Quænam per eam regionem flumina emanant? P. Rara, & non grandia. G. Quæ ſunt notiſsima? P. Tubero & Aruſaces. G. Rubrum mare quare ἐρύθρὰν θάλασσαν vocant Græci? P. Siue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit. G. Hoc mare cuius ingenij eſt? P. Procelloſum, aſperum, profundum, magnorum animalium magis, quàm cætera capax. G. Quæ eius forma eſt? P. Primò recedentes oras æqualiter impellit; & vt non intret, interius aliquantum patens 1. ſinus erat. G. Pòſt quæ? P. Quas ripas inflexerat, bis irrumpit, duoſque iterum ſinus aperit. G. Quis vocatur dictis 2. regionibus propior? P. Perſicus. G. Quis vlterior? P. Arabicus.

1. Scil. Gangeticus.

2. Scil. Indo & Gangi.

SINVS PERSICVS.

Caput octauum.

G. SInus Perſici quæ eſt forma? P. Qua mare accipit, vtrinque rectis lateribus, grande oſtium quaſi ceruice complectitur. G. Quæ deinde? P. Terris in omnem partem vaſtè & æqua portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. G. Quibus rebus cedit Arabicus Perſico ſinui? P. Et os arctius, & latitudo minor eſt. G. Quibus ipſum vincit? P. Maior aliquanto receſſus, & multò magis longa latera. G. Quouſque init penitus introrſusque? P. Dum Aegyptum penè, & montem Arabiæ Caſium attingit. G. Quæ eius tum effigies eſt? P. Quodam faſtigio, minus ac minus latus, & quò magis penetrat, anguſtior. G. Ab ijs, quæ diximus, ad ſinum Perſicum, quæ natura regionis? P. Niſi vbi Chelonophagi morantur, deſerta ſunt. G. In ipſo ſinu qui ſunt poſiti? P. Carmani. G. Qua parte? P. Nauigantium dextra. G. Quemadmodũ degunt? P. Sine veſte, ac fruge, ſine pecore, ac ſedibus. G. Quis eorũ veſtitus? P.

piſci-

Piſcium cute ſe velant. G. Quis cibus? P.Piſcium carne veſcuntur. G. Quis habitus corporis? P.Præter capita, toto corpore hirſuti. G.Qui interiora habitant? P. Gedroſij. G.Qui dehinc? P.Perſæ. G. Qui fluuij per iſtas oras effluũt? P. Cethis per Carmanos ſuprà, Andanis, & Corios. G.In parte, quæ pelagi oſtio aduerſa eſt, quorum fines ſunt? P. Babiloniorum, Caldęorumque. G. Qui amnes ijs locis ſunt? P. Duo clari, Tigris & Euphrates. G. Quis eorum ſitus eſt? P. Tigris perſidi propior, vlterior Euphrates. G. Tigris quæ forma ſte? P. Vt natus eſt, ita deſcendens, vſq; ad littora permeat. G. Euphrates in ortu qualis eſt? P. Immani ore aperto, nõ exit tantum, vnde oritur, ſed & vaſtè quoque decidit. G. Qualis deinde? P. Non .1. ſecat continuò agros, ſed latè diffuſus in ſtagna, diuque ſedentibus aquis, & ſine alueo patulis piger. G. Poſt qualis? P. Poſt, vbi marginem rupit, verè fluuius eſt, acceptisque ripis celer & fremens per Armenios & Cappadocas, 1. Vt torrẽs & perẽnis amnis.

Occidentē petit, ni Taurus obſtet, in noſtra maria venturus. G. Inde quò auertitur? P. Ad meridiē, & primum Syros, tum Arabas ingreſſus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modò & nauigabilis, inde tenuis riuus deſpectus emoritur, & nuſquam manifeſto exitu effluit, vt alij amnes, ſed deficit. G. Alterum latus Perſici ſinus quæ plaga ambit? P. Quæ intèr vtrumque pelagus excurrit. G. Quo nomine dicitur? P. Arabia. G. Quod eius cognomen? P. Eudemon. G. Qua forma eſt? P. Anguſta. G. Quæ natura? P. Cynamomi & thuris, aliorumque odorum maximè ferax. G. Partem oſtio proximam, qui tenent? P. Maiorem Sabæi tenent. G. Carmanis contrariam partem qui? P. Macæ. G. Partem, quæ inter oſtia oſtenditur, quidnam occupat? P. Syluæ cauteſq; exaſperant. G. Inſularum, quæ in medio ſitæ ſunt, q̄nam eſt magis clara, quàm cæteræ? P. Ogyris. G. Quamobrem? P. Quò d in ea Erythræ regis monumentum eſt.

Si-

SINVS ARABICVS.

Caput nonum.

G. HVnc alterum ſinum quinam incingunt? P. Arabes vndiq; G. Ab ea parte, quæ introeuntibus dextra eſt, quænam ſunt vrbes? P. Carra, & Arabia, & Gandamus. G. In altera parte quæ? P. Ab intimo angulo prima, Beronice. G. Quis eius ſitus? P. Inter Heroopoliticum, & Scrobilum. G. Deinde quæ ſunt? P. Philoteris, & Ptolemais. G. Quo loco? P. Inter promontoria Moronenon, & Coloca. G. Vltra quę ſunt? P. Arſinoe, & alia Beronice. G. Quid tum? P. Sylua, quæ hebenũ, odoreſq; generat, & manufactus amnis. G. Quare referẽdus? P. Quòd ex Nili alueo Dioryge abductus. G. Extra .1. ſinum flexus, & nõ Rubri maris pars quemadmodum accolitur? P. Pars beſtijs infeſta, ideoque deſerta eſt, partem Candei habitãt. G. Quinam? P. Quos ex facto, quia ſerpentib. veſcunt, Ophiophagos vocant. G. Quinam interius? P. Fuêre Pygmęi. G. Quinam populi? P. Minutũ

1. Vbi Ptol. Malache temporiũ collocat.

hominum genus. G. Quomodo deſe-cit? P. Pro ſatis frugibus contra grues dimicando. G. Quæ ſunt in hijs oris animalium genera? P. Multa volucrum, multa ſerpentũ genera. G. De ſerpentibus quinam memorandi maximè? P. Quos paruos admodum & veneni prę ſentis, certo anni tẽpore, ex limo, concretarum paludũ emergere, in magno examine volantes, Aegyptum tendere, atque in ipſo introitu finium ab auib⁹, quas Ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnaque confici, traditum eſt. G. De volucribus quæ præcipuè referenda? P. Phœnix ſemper vnica. G. Fieri id quî poteſt? neceſſe eſt enim, vt vel coitu concipiatur, vel partu generetur. P. Neutrum eſt, ſed vbi quingẽtorum annorũ æuo, perpetua durauit, ſuper exaggeratam varijs odorib⁹ ſtruem ſibi ipſi incubat, ſoluiturq́;, deinde putreſcentium membrorum tabe concreſcens, ipſa ſe cõcipit atque ex ſe rurſus renaſcitur. Cum adoleuit oſſa priſtini corporis incluſa myrrha, Aegy-

ptum

ptum exportat,atque in vrbem,quam ſolis appellant,fragrantibus nardo buſtis inferens,memorando funere conſecrat. G. Ipſum promontorium,quo id mare clauditur, vnde ducitur? P. A Ceraunijs ſaltibus. G. Quale id promontorium eſt? P. Inuium.

ÆTHIOPIA.

Caput decimum.

DEſcripta nobis ſunt latera ſinus Arabici vſque ad flexum illum, cuius partem,quia beſtijs infeſta eſſet, deſertam eſſe dixiſti, partem Candeos habitare: Qui ergo vltra ſedent? P. Aethiopes. G. Terrã, q̃ Nilus primo ambitu amplexus inſulam facit, qui habent? P. Meroeni. G. Eorum quæ eſt diſtinctio? P. Pars Macrobij, pars Automolæ. G. Quare Macrobij? P. Quia vitæ ſpatium dimidio ferè, quàm nos, longius agunt. G. Quare Automolæ? P. Quia ex Aegypto aduenêre. G. Quales ſunt homines? P. Pulchri forma, æqui G.

G. Quæ ſunt apud eos beſtię? P. Sunt ſę-uiſsimæ feræ, omni colore varij, Lycaones, &c, quales accepimus, Sphingas. G. Quæ præterea? P. Sunt miræ aues cornutæ, Tragopomones, & equinis auribus Pegaſi. G. Iam oras ad Eurum ſequentibus quid memorabile occurrit? P. Nihil, vaſta omnia vaſtis præciſa montibus, ripæ potius ſunt, quàm littora. G. Quid inde? P. Ingens, & ſine cultoribus, tractus. G. Vltra quid? P. Dubium aliquandiu fuit, eſſetne vltrà pelagus, caperétne terra circuitum, an exhauſta fructu, ſine fine Africa ſe extenderet. G. Nihilóne etiam nunc eius oræ notiora ſunt littora? P. Eius oræ nota ſunt aliqua. G. Quibus argumentis & teſtibus? P. Hanno Carthaginēſis exploratum miſſus à ſuis, cùm per Oceani oſtia exiſſet, magnam partem eius circumuectus, non ſe mari, ſed commeatu defeciſſe, memoratum retulerat. G. Quod aliud eſt argumentū? P. Eudoxus quidam auorum noſtrorū temporibꝰ, cū Latyrū regē Alexandrię

pro-

tineri ,ne reluctentur,vix vinculis poſſint.G.Quis hoc refert?P. Hanno.G. Sed tam incredibili rei quomòdo fides eſt habita?P. Quia detracta occiſis coria pertulerat.G.Vltra hũc ſinum quid eſt?P.Mons altus(Græci vocant θέων ὄχημα)perpetuis ignibus flagrans.G. Vltra montem quid? P. Viret collis longo tractu, longis littoribus obductus. G.Inde quænam viſuntur?P. Patentes magis campi,quàm vt proſpici poſsint, Panum, Satyrorumque.G.Opinio ea, qua hos eſſe Panum Satyrorumque campos creditur, vnde fidem cepit? P. Hinc, quòd cũ in his nihil culti ſit, nullę habitantium ſedes,nulla veſtigia, ſolitudo in diem vaſta,ſilentium vaſtius, nocte crebri ignes micant, & veluti caſtra latè iacentia oſtenduntur.Crepant cymbala, & tympana, audiunturque tibiæ ſonantes maius humanis. G.Tunc quid eſt?P.Rurſus Aethiopes. G. Num quales antea diximus ?P. Nec tã dites,vt hi,quos antea diximus, nec ita corporibus ſimiles,ſed minores,incultique

cultiq; ſunt. G: Quo nomine vocatur? P. Heſperij .G. In horum finibus quid eſt memorandũ?P. Fons, quẽ Nili eſſe, aliqua parte credibile eſt. G. Quomodo ab incolis dicitur? P. Nuchul. G. Non alio nomine videri poteſt appellari? P. Non, ſed à barbaro ore corruptius. G. Fons eſt ſolum? P. Alit etiam flumen . G. Eadémne cum Nilo animalia gignit? P. Minora quidem, eiuſdem tamen generis. G. Vergit in Oceanum, vt alij omnes? P. Solus in mediam regionem ad Orientem abit, & quonam exeat, incertum eſt. G. Fontem ergò hunc eſſe Nili, quod antea dixiſti, vnde credibile eſt? P. Quoniam quò exeat, incertum eſt. Inde colligitur Nilum hoc fonte conceptum actumque aliquamdiu per inuia, & ideo ignotum, iterum ſe, vbi ad Eoa proceſſerit, oſtendere. G. Qua re igitur efficitur, vt hic aliò cedere, ille aliunde videatur exurgere? P. Spatio, quo abſconditur. G. Quænam feræ

apud

apud hos gignuntur? P. Catoblepas. G. Qualis fera? P. Non grandis fera, verùm graue & pergrande caput egrè ſuſtinens. G. Quare Catoblepas dicitur? P. Ob id, quòd in terram plurimum ore conuerſa ſit. G. Quam vim habet ſingularem, quamobrem referenda ſit? P. Quòd cùm impetu morſuque nihil vnquam ſæuiat, oculos eius vidiſſe, mortiferum ſit. G. Contra hos Aethiopas vllæne ſunt inſulæ? P. Sunt Gorgones. G. Qua re memorabiles? P. Quia domus, vt aiunt, aliquando Gorgonum. G. Ipſę terræ qua re finiuntur? P. Promontorio, cui ἑσπέρου κέρας nomen eſt.

ATLANTICI MARIS INSVlæ & terminus. Caput vndecimum.

Eσπέρου κέρας quidnam inſequitur? P. Inde incipit frons illa, quę in Occidentē vergēs, mari Atlantico abluitur. G. Qui tenent prima eius? P. Aethiopes. G. Qui media? P. Nulli. G. Quamobrem? P. Nam aut exuſta ſunt, aut arenis obducta, aut infeſta

ſerpē

nunc fines eos, quos ferę infeſtant, quo modo cognoſcemus? P. Ab eo tractu, quem feræ infeſtant, proximi ſunt Hinantopodes. G. Quare ita appellantur? P. Quia inflexi lentis cruribus ſerpere magis, quã ingredi referuntur. G. Qui deinde? P. Pharuſij. G. Quales? P. Aliquando tendente ad Heſperidas Hercule, dites, nunc inculti, & niſi quòd pecore aluntur, admodum inopes. G. Hinc quid eſt? P. Lætiores agri, amęnique ſaltus. G. Qui incolæ? P. Terotæ & Berinij. G. Qua re abundant? P. Ebore. G. Qui proximi? P. Nigritæ, Getuli. G. Quemadmodum agunt vitam? P. Paſſim vagantur. G. Eorum regio qualis? Ne littora quidẽ infœcunda ſunt, purpura & murice efficaciſsimis ad tingẽdum coloribus, & vbique, quę tinxere, clariſsima. G. Quę nũc regio nobis reſtat? P. Reliqua eſt ora Mauritaniæ exterior. G. Quis is Africæ locus eſt? P. Africæ finis & nouiſsimus angulus. G. In fine ſui quęnam eſt Africę forma? P. Faſtigiat ſe. G. Regio hæc, vt Nigrita-

rum & Getulorum fœcunda eſt? P. Iiſdem opibus eſt, ſed minus diues. G. Quo ſolo eſt? P. Solo etiam ditior, & adeò fertilis etiam, vt frugum genera non cum ſerantur modò, benigniſsimè procreet, ſed quędam profundat etiam nata. G. Quæ ſunt, quæ hanc regionem illuſtrent? P. Antæus regnaſſe dicitur. G. Num quod fabulæ ſignum clarum prorſus oſtenditur? P. Collis modicus, reſupini hominis imagine iacens. G. Quomodo hoc ſignum eſt Antæi? P. Quia illius, vt ferunt incolæ, tumulus. G. Qua re memorabilis eſt? P. Quòd vbi aliqua inde pars eruta eſt, ſolét imbres ſpargi, & donec effoſſa repleantur, eueniunt. G. Homines quemadmodum degunt? P. Pars ſyluas frequentant, minus quàm, quos diximus, vagi, pars in vrbibus habitant. G. Vrbes quales ſunt? P. Paruæ. G. Inter paruas quæ habentur opulentiſsimæ? P. Procul à mari Gildano, Dulbritania, propius autem Sala, et Iunxo. G. Quonam loco? P. Lixo flumini proxima. G. Quid vltrà eſt?

eſt? P. Colonia, & fluuius Gna. G. Quid tum? P Ampeluſia. H. Quænam? P. Ea, vnde initium fecimus. G. Cuius rei nomen eſt? P. Promontorij. G. Quò id vergit? P. In noſtrum iam fretum. G. Vltra eam, quid nobis affers? P. Silentium & ocium ab hoc labore, & ſermone. G. Quamobrem? P. Quia id promontorium operis huius, atque Atlantici littoris terminus eſt. G. Placet ergo, cùm ab initio orbis terrarum ad finem vſque ſalui & incolumes peruenerimus, Deo Opt. M., Qui hucuſq; nos perduxerit: Qui ex maximis periculis ſæpè eripuerit: Qui in ſinu & cœtu Catholici populi, reliquis errantibus, & palantibus abdiderit, & aggregauerit: Qui ad vltimũ Occidẽtẽ Hybernia, Anglia, Scotia, bellis, ſeditionib., diſſidijs opinionũ, partium; ſimultatũ ardẽtib⁹: Ad Orientẽ Turca immaniſsimo Chriſti hoſte claſſe maxima vrgẽte: Ad Septẽtrionẽ Gothis cũ Tymbris acerrima & infeſtiſsima bella gentib. Ad Meridiẽ Mauris Beticis, ad

 arma

arma cōtra Regem ſuum ferenda, cō-
citatis, Gallis in mutuam perniciem ſæ-
uientibus, & toto regno incendia, di-
reptiones, cędes circumferentibus, re-
ligioni & Regi adoleſcenti, bellum in-
dicentibus: nos tamen in ocio colloca-
rit, vt hæc inter nos ſecurè conferre
poſsimus: qui hijs deniq;, tot, tantis, &
tam ſingularibus beneficijs affecerit,
placet, inquã, huic, à quo, quæ dicim9,
agimus, cogitamus, proficiſcuntur &
manant omnia, laudes tribuamus, &
gratias agamus? Ad hæc cùm Pompo-
nius conticeſceret, ego orationis no-
ſtræ filo abrupto, ſalutatoq;, ſicuti of-
ficij mei demiſſa ratio poſtulabat, iſtius
diſciplinę doctore ſummo, ſtatim
diſceſsi, & ad alias me occu
pationes conuerti.

FINIS LIBRI TERTII.

IN NOVOS ORBIS TERRARVM INCOLAS,

PRAEFATIO.

CAput hoc, nouorum incolarum nomine, idcirco appellaui, vt differentiam primùm, quam à ſuperiori argumento haberet, oſtenderem. Illic enim vetuſtiſſimorum incolarum vetuſta nomina perpetuo ſermone celebrauimus, eandem rationem in montibus, fluminibus, nemotibus ſinubus, promontorijs, fretis, cæteriſq; rebus, quæ inter colloquendum inciderant, ſeruauimus. Hic earum rerum omnium, noſtris moribus notas, & vſitatas appellationes affiximus, vt lucē aliquā diſputationi priori afferremus. Quanta enim in obſcuritate rerum, & ignoratione verſaris, ſi vetera omnia ſones, à noſtro vſu remota, & ſenſu diſiuncta, ſi Catones & Luſcinios loquare ſemper, vſum autem earum rerum, quas legas, & diſſeras, præſentē neſcias, & tanquam in Platonis republica verſere, à communi vſu aliena, animo & cogitatione pertractes. Hunc ergo deinde vſum,

qui eſt in hoc ſtudij genere iucundiſſimus, & maximus, continet hic locus. Conſcendis nauē ad Gades, & fratum Herculeum, vt, cum doctore iſtius diſciplinæ Pomponio, & eius auditore Guilielmo, (earūdem rerum ſcientia delectatus, quas illi ſibi inueſtigādas tanto labore propoſuerunt) eodē curſu ferare, & ſermonibus fruare. Soluimus vnà, ventis vela damus, proſpero flatu vtimur, ferimur primū per Ampeluſiam, tum Tingi oppidū peruetus nobis ſe offert. Deinde mōs ille præaltus Abyla è colūnis Herculis altera, poſt occurrunt Tamuada fluuius, Ruſicada, & Siga vrbes (His enim nobis, nominibus, quærentibus, ſingula Pomponius dux noſter oſtendit, & demonſtrat) hic cum tantum abeſſet, vt ita ſe haberent, vt ne nomen quidem earum vllum maneret, veſtro enim nomine, rogat auditor, quoniam iſta Barbarorum vocabula eſſent, quæ noſtris auribus non ſonarent, qui tam longè venimus, ne grauetur eadem noſtris nobis vocabulis ediſſerere. Riſit Pomponius importunitatem, & comiter tamen, vt aduerſus auditores, Quid vos putatis me tenere, quibus ſinguli iſta vocabulis efferatis, cùm alij Galli ſitis, alij Britanni, alij Germani, alij Itali, alij Hiſpani, alij

po-

*poſtremò ex alia gente, & alijs linguis vta-
mini? Accipite ergò primùm quæ ſe of-
ferunt, pòſt alia, ſi mihi ſecula viuere contige-
rit, aſſuam, ridens inquit: morte verò op-
preſſus, non perſoluit, quod promiſerat, man-
dauit autem auditori vt id expleret.
Quod is nunc fecit, adiutus opera, labore,
ſtudio, induſtria ſuauiſſimorum & politiſſi-
morum virorum, familiarium ſuorum A-
braami Ortelij, & Arnoldi Mylij. Nam cùm
eadem edere inſtituiſſet, vt fidem Doctori ſuo
datã liberaret, haberet quę iã penes ſe in cartu
lis diſperſa & diſſipata, repẽte Theatrum. 1.
ingreſſus materiam ſibi comparatam, & teſti-* 1. Hoc eſt,
monijs confirmatam, & conformatam vidit, euoluens theatrum,
munuſculum autem à bonis viris oblatum re- quod in
pudiare noluit. Quos ergo locos præteruectiſſu pingui Gal
mus, primus, noſtris auribus ſonat, Cabo de lina offen-
ſparto, *ſiue vt alij vocãt,* Lapunta dalcaſar, dit.
ſecundus Tãgar, *tertius* Alminna en Barba
ria *ſeu* Aceuta. *Cæteraq́ue deinceps eodẽ mo-* 2. Ad fretũ Herculeũ.
do perſequere, donec peragratis omnibus, quæ 3. mari de-
mare attingũt, lectis etiam illis, quæ cingit O- mũ Medi-
ceanus: 2. huc vnde: 3. egreſſus es, orbem circũ terraneo
uectus, reuertare. Reſpõdent enim ſemper ſuis pluſtrato.
anteceſſorib. q̃ nũc eorũ loca et regiões occupa- 4. in præfa
uere, et nõia deleuêre. Ita enim fiet, vt dixi. 4. tione priori.

eodem tempore, & eadem opera, quemadmodum antea habitatus fuerit, & quomodo hodie incolatur, terrarum orbis percipias. Ita eueniet, vt eodem ſtudio, & Liuium, Saluſtium, Cæſarem, Terentium, Ciceronem intelligas. Et qui noſtræ ætatis vocabulis, in rebus geſtis deſcribendis vtuntur, ne tibi peregrini videantur, conſequere. Cum alioqui cæca tibi cognitio, moleſtus & inſuauis labos, ſit futurus.

ABDA.

A

ABDARA, *Ptolemæo, alijs* ABDERA, *Hiſpaniæ Bœticæ oppidum, nunc* Almeria, *Ioſepho Moletio, et Taraphæ*, Adra, *Carolo Cluſio.*

ABDERA, *Thraciæ vrbs, patria Democriti, nunc* Polyſtylo, *Nic. Sophiano, & Moletio.*

ABDVA, *Lõbardiæ Tranſpadanæ fluuius*, Adda, *Leandro Alberto.*

ABEA, *Pelopõneſi oppidum maritimum*, Calamata, *Nicolao Sophiano.*

ABONIMENIA, *Aſiæ minoris opp.*, Boli, *Pet. Bellonio.*

ABVDIACVM, *Bauariæ in Germania oppidũ*, Abach, *Auentino.*

ABVLA, *Caſtellæ veteris in Hiſpania oppidũ*, Auila, *Carolo Cluſio, & Moletio.*

ABYDVS, *vide* SESTVS.

ABYLA, *Africæ Promontorium ad Fretum Gaditanum, iam* Almiña *en Barbaria, Carolo Cluſio.*

ACANTHOS, *Macedoniæ vrbs marit.*, ERISSO, *Sophiano.*

ACHATARA, *Aſiæ vrbs*, Auter, *Gerardo Mercatori.*

ACCI, *olim* ACTI *Ptol. Hiſpaniæ vrbs*, Guadix, *Moletio.*

ACCITVM, *vti habent Inſcriptiones teſte Cluſio, Baticæ oppidum*, Finiana, *Carolo Cluſio.*

ACCVSII, *Galliæ Narbonenſis populi*, Grenoble, *Ioanni Poldo.*

ACEDVM *Ptolemæo, Venetæ Regionis oppidũ*, Aſola, *Leandro Alberto.*

ACELVM *Plinij*, ACEDVM *Ptolemæo. Venetæ Regionis oppidum in Italia*, Monſelice *Leandro Alberto.*

ACESINE *Thucid.* ASINES *Plinio*, ONOBALA *App. Siciliæ fluuius*, Cantara, *Th. Fazello.*

ACHELOVS, *Græciæ fluuius*, Aſpri, *Sophiano.* Geromlea *Kyriaco Anconitano.*

ACHARDEVS *Strab.* VARDANVS *Ptol. Sarmaticæ Aſiaticæ fluuius*, Copa, *Gerardo Mercatori.*

ACHERONTIA, *Magnæ Græciæ vrbs Mediterranea*, Matera, *Leandro Alberto.*

ACHERONTVS, *vide* CERCINVS.

ACHILLEA, *Inſula ponti Euxini, quæ &* LEVCE, *&* MACARON *Plinio*, Sidoniſi, *Gerardo Mercatori.*

ACIS, *Siciliæ fluuius*, Freddo, *Aretio.*

ACI-

ACITHIVS. *Siciliæ fluuius, in tractu Orientali,* Birgi, *Thomæ Fazello.*

ACRA IAPIGIA *Plinio, aliàs* IAPIGIVM & SALENTINVM, *Magnæ Graciæ oppidum Mediterraneum*, Capo di Maria, *Leandro Alberto.*

ACRATH, *Africæ oppidum*, Bellis de Gomera, *Iacobo Caſtaldo.*

ACRITAS, *alias* ACRITE, *teſte Fauolio, Peloponeſi promontorium*, Capo de Gallo, *Sophiano, & Hug. Fauolio.*

ACROCERAVNI, *qui &* CERAVNI, *mõtes Epiri*, Cimariotti, *Alphonſo Adriano in libro de diſciplina militari*, Monte de Chimara, *Leandro Alberto.*

ACRONIVS *lacus in Heluetia*, Bodenſee, *Tſchudi.*

ACYRIS *Straboni, Magnæ Graciæ (quæ nunc Calabria ſuperior vocatur) fluuius Plinio* ACRIS, *fortaſſe corruptè*, ACRI *fiume, Leandro Alberto.*

AD FINES, *Caſtellum in ripa Turiæ vel Thauri fluuij*, Pfin, *Beato Rhenano.*

AD MVROS, *Auſtriæ oppidum*: Sumerain *VVolf. Lazio.*

AD PYRVM, *vide* PYRIMONS.

ADRABAE, *Campi in Auſtria.* Marckfeldt, *Lazio.*

Lazio.

ADRANA, *Siciliæ oppidum,* Aterno, *Cl. Aretio.*

ADRANVM, *Mediterraneum Siciliæ oppidũ,* Aderno, *Thomæ Fazello.*

ADRIANOPOLIS, *Thraciæ urbs, prius* VSCVDAMA, *poſtea* ORESTA *dicta*, Adrianopoli, *Sophiano, & Hug. Fauolio.*

ADRVMETVM, *Africæ minoris oppidum,* Machometta; *Gerardo Mercatori.* Toulb, *Alphonſo Adriano.*

ADVATICVM, *Tungrorum, nũc Abbatia Brabantiæ quàm amœniſſima*, Tongerloo, *Huberto Thomæ Leodio.*

ADVLA *mons, inter Alpes,* Mõt. *S.* Gotard, *Ioanni Poldo in hiſtoria Nemauſiana,* Der vogel *Tſchudus.*

AEDESSA, *Macedoniæ opp. Mediterr.*: Vodena, *Sophiano.*

AEGATE, *vide* AEGVSA.

AEGAEVM MARE, *pars maris Mediterranei, qua ab Europa diuiditur Aſia,* Archipelago, *Sophiano.*

AEGIALA, *vrbs Amorgi Inſulæ,* Hyali, *Sophiano.*

AEGIALIA, *Inſula prope Pelopon.*; Cecerigo, *Sophiano.*

AEGI-

AEGINA, *Inſula prope Peloponeſum,* Legina, *Sophiano.*

AELIA RICINA, *in Piceno oppidum,* Recanati, *Georgio Fabricio in Itinerarijs ſuis.*

AEMILIA, *Italiæ Regio*, Lombardia di qua dal Po, *Leandro Alberto.*

AEMONIA, *Hiſtriæ maritima urbs,* Citta noua, *L. Alb.*

AENARIA, *vide* INARIME.

AEQVILIVM, *Carnorum Venetæ ditionis oppidum,* Citta noua, *Leandro Alberto.*

AESERNIA, *Hirpinorum in Samnitibus oppidum,* Sergna, *Leandro Alberto.*

VESSVI: *Hannoniæ in Gallia Belgica oppidũ,* Aeth, *Huberto Thomæ Leodio.*

AESIS, *Picenorum apud Vmbros & Senones fluuius,* Sino *fiume, Leandro Alberto.*

AESSIS, *vrbs Picenorum in Italia,* Gieſe, *Leandro Alberto.*

AETNA, *mõs Siciliæ, quem Volaterranus, teſte Carolo Stephano, ait prius vocatum* INESIAM, *perpetuo igne flagrans,* Mongibello, *Claudio Aretio.*

AETNA, *Siciliæ vrbs, ad Ætnæ montis radices ſita,* Centorbe, *Cl. Aratio.*

AETHVSA, *Africi maris inſula,* Limoza, *Gerar. Merc.* Fauiana, *Calueto Stella.*

AETHV-

AETHVSA *olim, quæ nunc* Conſtantinopolis, *Erythræus.*

AFRICA *Minor, cum vtraq; Mauritania, eſt hodie* Barbaria, *Abr. Ortelio.*

AGABRA, *Turdetanorum in Hiſpania oppidũ;* Cabra, *Carolo Cluſio.*

AGANAGORA, *Aſiæ vrbs,* Agonara, *Gerardo Merc.*

AGATHA *vel* AGATHAPOLIS. *item* CIVITAS NIGRA, *Galliæ Narboneñſis oppidum,* Agde, *Ioanni Poldo.*

AGATHYRSVS *Siciliæ vrbs,* Sanfradello, *Cl. Aretio.*

AGAVNVM, *in Heluetia oppidum,* S. Moritz, *Tſchudus.*

AGENDICVM, *inter Celtas oppidum,* Prouins *Marliano.*

AGIOS, *vide* CONSTANTINOPOLIS.

AGISYMBA, *Africæ regio,* Melo, *Hieron. Girana.*

AGRAGA, *Polybio, fluuius Siciliæ, in tractu Meridionali,* Drago, *Thomæ Fazello.*

AGRIPPINA COLONIA, *celebris Germaniæ vrbs ad Rhenum, Agrippinæ Neronis matris, à qua etiam exædificata eſt, patria;* Cœlen, *Beato Rhenano.*

A-

ALABI *Siciliæ fluuius*, Cantari, *Thomæ Fazello*.

ALA FLAVIANA, *vel* CASTRA FLAVIANA, IVLIOBONA *Ptolemæo*, VINDOBONA *Antonino*, *Auſtriæ clariſſima vrbs*, *vnicum Turcæ in nos irruenti obſtaculum*, VVien, *VVolf. Lazio*.

ALAE FLAVIAE, *Germ, in Rhetia littorali opp.* Nardlingen, *Herold*.

ALANAE, *Inſulæ Liuonici maris*, Alandt, *Becano*.

ALATRIVM, *Latij oppidum, in Hernicis*, Alatro, *L. Alb.*

ALBA, *Vngariæ vrbs clariſſima*, Gulaſcyruar *Hungaricè*. VVeiſſenburg *Germanicè*, *Sambuco*.

ALBA, *Hiſpaniæ oppidum*, Biana, *Taraphæ*.

Alba, *Mediterranea vrbs Latij*, Sauello, *Leand. Alberto*.

Alba Pompeia, *Lõbardiæ Ciſpadanæ vrbs*, Alba, *Leandro Alberto*.

Alba *Heluorum, vti vulgò apud Plinium legitur, Pintianus legit* Helucocorum: Alba Elycotiorum *Ptolemæo*, *Galliæ Narbonenſis oppidum*, Albi, *Iohanni Poldo*.

Albania, *Aſiæ regio*, Zuiria, *Alphonſo Adriã*

no. vide

fluuius: Cauado, *Cluſio.*

Alex *Straboni, Magnæ Græciæ, nũc Calabriæ Superioris fluuius, qui* Carinus, *aut fortè* Cæcinus *Plinio,* Aleſſo fiume, *Leandro Alberto.*

Alexia, *oppidum Mandubiorum in Celtis,* Lauxois, *Rob. Canalis,* Luſſoia, *Gab. Simeonis.*

Algidum, *mediterraneum Latij oppidum,* Rocca del Papa, *Leandro Alberto.*

Algidum, *nemus Latij mediterraneum,* Selua del laghio, *Leandro Alberto.*

Aliacmon, *Græciæ fluuius,* Pelecas, *Sophiano.*

Alicarnaſſus, *Aſiæ minoris vrbs, patria Dionyſij Alicarnaſſei hiſtorici,* Meſi, *Sophiano.*

Allia, *Vmbriæ fluuius in Sabinis,* Caminate, *L. Alb.*

Allobroges, *Galliæ Narbon. populi,* Daulphinois, *Ioanni Poldo, B. Rhenanus, & Marlianus,* Sauoie, *Tſchudus.*

Alma *Antonino,* Aucte *Volaterrano, Thuſciæ fluuius,* Arbia, *L. Alb.*

Almus, *Hungariæ mons, quem Probus Imp. vitibus electiſſimis ex Italia allatis conſeuit,* Arpatarro *Hũgaricè, VVolfg. Lazio.*

Alone *Melæ*, Alona *Ptolem. item* Ilice, *&* Ilicitanus Portus, *Regni Valẽtiæ Hiſpaniæ oppidum*, Alicãte, *Cluſio & Taraphæ.*

Alpes ſummæ, Mõte S. Gottardo, *Leãdro Alberto.*

Alpheus, *Peloponneſi fluuius*, Rophea, *Soph. & Fauolio*, Alabo, *Alphonſo Adriano.*

Alſa, *fluuius Fori Iulij in Italia*, Anſa, *Leandro Alberto.*

Altium, *maritimum Thuſciæ oppidum*, Cere, *Leand. Alberto.*

Altium, *Ptolemæo Hiſtriæ oppidum medi-*

Aluntium, *Siciliæ oppidum*, Sant Angelo, *terraneum:* Algona, *Leandro Alberto.*

Aretio.

Aluta, *alias*, Aluata, *&* Alutus, *item* Alutius: *fluuius Hungariæ in Danubium influens.* Aluata, *Gerar. Mercatori. Olt Hungaricè, die* Alth *Germanicè, Sambuco, & Lazio.*

Alybe Columna, *Africæ ad Fretum Gaditanum oppidum*, Ceuta, *Iacobo Caſtaldo.*

Amanus, *Ciliciæ mons*, Monte Negro, *Bell.*

Amathus, *Cypri inſulæ oppidum*, Limiſſo, *G. Mercatori.*

Amaſenus, *Volſcorum fluuius*, Abbatia, *Georgio Fabricio.*

Amaſtru

Amaſtru *Aretio*, AMESTRATA *Ciceroni, &*
Plinio, Miſi Stratum *Polybio, vrbs medi*
ter. Siciliæ, Miſtretta, *Fazello, & Cl. Aret.*
Ambiani, *Picardiæ opp.* Amiens, *Marliano.*
Ambiliates, *populi Britanniæ citerioris*, Du
rances, *Marliano.*
Ambroſia, *vicus non incelebris Vilugianæ*
Prouinciæ, Albionis inſulæ, ambresbyri
Saxonicè, Ioanni Lelando in Arturo ſuo.
Ambracius ſinus, *Epeiri ad mare Ionium,*
Golfo del arta, *Sophiano.*
Ambracia, *Græciæ vrbs in Epeiro*, ambra-
chia, *Sophiano.*
Ambriuariti, *Brabantiæ opp.*, antuerpen,
Petro Diuæo.
Ameria, *Vmbriæ oppidum*, amelia, *Leandro*
Alberto.
Amenanus, amenes *Pyndaro, Siciliæ verſus*
Orient. fluu. Iudicello, *Thomæ Fazello.*
Amorgus, *Inſula maris Ægæi, vna ex Cy-*
cladib., amurgo, *Sophiano.*
Ampeluſia *Melæ*, Cotes *Ptolemæo, Africæ*
promontorium ad fretum Herculis, Cabo
Spatel, *Gerardo Mercatori.*
Amphipolis, *Macedoniæ vrbs*, Chryſopoli,
Sophiano.
Amphimales, *Ptolemæo. ſinus Cretæ Inſu-*

la, Golfo della Suda, *Sophiano.*

Anania, *vrbs Latij in Hernicis, quæ Ptolemæo vocatur*, Anagma, Anagna, *Leãdro Alberto.*

Anaxus *Plinio, fluuius Carnorum Venetæ ditionis.* Piaue, *Leandro Alberto.* Brenta, *Iacobo Caſtaldo.*

Analiciorum Regio, *Gall. Narb.* Prouencc. *I. Poldo.*

Anaphe, *Inſula maris Cretici, & nomen oppidi in ea*, Namphio, *Sophiano.*

Anactoria, *vide* Miletis.

Anactorium, *Epeiri oppidũ, ad ſinum Ambracium*, Vonizza, *Sophiano.*

Anas *Hiſpaniæ fluuius*, Guadiana rio, *Carolo Cluſio.*

Anapus *Thucydidi, Siciliæ fluuius*, Alpheo, *C, Aretio*

Anchialus *Thraciæ oppidum, ad põtum Euxinum*, Anchialo, *Sophiano.*

Andes, *vicus Lombardiæ tranſpadanæ, Virgilij patria*, Petula, *L. Alberto.*

Andros, *Inſula celebris maris Ægæi, una ex Cycladibus, & vrbs in ea eiuſdem nominis*, Andro, *Sophiano.*

Anemo *Plinio & Antonino, Flaminiæ fluuius apud* Boios, Lamone fiume, *Leandro*

dro Alberto.

Anio, *Latij fluuius in Hernicis,* Teuerone, *L. Alberto.*

Anlus, *lacus Puteolis vicinus: hodiè* Lago Sudatorio, *Erythræus.*

Anianæ Thermæ, *Cumanorum Cāpaniæ Felicis oppidum,* Bagni del Lago, *L. Alberto.*

Anicium, *Galliæ Narbonenſis oppidum,* Puy, *Io. Poldo.*

Anitia, *fluuius Lombard. Ciſpadanæ, qui &* Nitia *vocatur.* Lenza, *L. Alberto.*

Antander, *oppidum Aſiæ minoris ad mare Ægæum,* Santo Dimitri, *Sophiano.*

Antenacum, *Germaniæ oppidum ad Rhenū,* Andernach, *Chriſt. Pyramio.*

Antium *maritimum Latij oppidum,* Cabo de Antio, *L. Alb.*

Antinoe, *Ægypti opp. ad Nilum,* Anthios, *Ziegléro.*

Antipolis, *Galliæ Narbon. oppidum,* Ragny *Io. Poldo.*

Antigona, *Epeiri ciuitas.* Croia, *Sophiano.*

Antiphellus, *Lyciæ oppidum marit.* Antiphelo, *Sophiano.*

Antipyrgus *Africæ oppidum,* Luco, *Iac. Caſtaldo.*

Anus, *Portugalliæ fluuius*, Auia, *Car. Cluſio.*

Anxur, *Latij vrbs maritima*, Terracina, *Leandro Alberto, & Georgio Fabricio.*

Anxa *Plinio.* Gallipolis *aut* Callipolis, *Melæ, mediterranea Magnæ Græciæ vrbs*, Gallipoli, *Leandro Alberto.*

Apamia, *Bithyniæ ciuitas ad Propontidem*, Apamia, *Sophiano.* Hamous, *Bellonio.*

Aperræ, *vrbs Lyciæ maritima*, Phinica, *Sophiano.*

Apēnina, *vetus Italiæ nomē, autore Giraua.*

Apina, *vetus Italiæ nomen*, Italia. *L. Alberto.*

Apollinis templum, *Africæ oppidum*, Tamaclati, *Iacobo Caſtaldo.*

Apollonia, *Macedoniæ oppidum ad mare Ionium.* Apolline, *Soph. Item ciuitas in Africa*, Bonandrea, *Iac. Caſt.*

Apollinis promontorium, *Africæ minoris*, Raſamuſat, *Gerar. Mercatori.*

Apollonij Cherſoneſus, *Septētrionalis tractus Siciliæ*, Cabo Milazo, *Thomæ Fazel.*

Aprilis *Antonino*, *Thuſciæ maritimus Lacus*, Prilis, *Plinio*, Fangoſa palude, *Leandro Alberto.* Lago d' Orbitello, *Iacobo Caſtaldo.*

Apruſa *Plinio fluuius viæ Æmiliæ, in Flamipia*, Pluſa, *L. Alb.*

Aphro-

Aphrodiſium, *Africæ oppidum*, Maometta, *Caſtaldo*, Africa, *Gerar. Mercatori, & Calueto Stella, qui eius expugnationem à Carolo. V. deſcripſit, illudque a Mauris hodie* Mahadiam *vocari inquit.*

Aphrodiſium, *Hiſpaniæ maritima vrbs, alio vetere Latino nomine*, Promontoriũ Veneris, Cabo de Cruz, *Ioſepho Moletio*

Apri, *oppidum Thraciæ mediterraneũ*, Apro, *Sophiano.*

Apulia Peucetia, *Italiæ regio*, Terra di Bari, *L. Alb.*

Apulia Daunia, *Italiæ regio*, Puglia piana, *L. Alberto.*

Apuanorum, *montes in Thuſcia*, Montagna di Carrara, & di Lunigiana, *Leãd. Alberto, vide montes.*

Apua *Catoni & Antonino, Thuſciæ oppidum mediterraneũ*, Caſtello di pōte tremuli, *L. Alb.*

Aquula *Ptolemæo:* Aquaſeſes, *Plinio, Thuſciæ ciuitas mediterranea:* Aqua pendẽte, *Leandro Alberto.*

Aquæ Caiæ, *Thuſciæ vrbs mediterranea*, Bagni del Bollicano, *L. Alberto.*

Aquilegia, *Fori Iulij vrbs*, Algar, *Germanice, Munſterus.*

Aquilonia, *Samnitum, ſiue Abrutiorũ vrbs,* Agnone caſtello. *L. Alb.*

Aquinum, *Hirpinorũ in Samnitibus oppidum,* Aquino, *Leandro Alberto.*

Aquitania, *Galliæ pars, verſus Hiſpaniam,* Guienne, *Marliano.*

Aquæ Statiolorum, *Lombardiæ Ciſpadanæ oppidum* Acqui, *Leandro Alberto.*

Aquæ Solis *Antonino, alias* Badonius, *mõs Albionis Inſulæ apud Brigantes, inter mõtes Blachemorinos,* Thermæ *Ptol.,* Cair badon, *Britannicè, Io. Lelando.*

Aquæ Sextiæ, *opp. Galliæ Narbon.,* Aix, *Io. Poldo.*

Aquæ Auguſtæ, *alias* Gennus, *Hiſpaniæ vrbs,* Baiona, *Cælio Auguſtino Curioni in Hiſtoria Sarracenica.*

Aquæ Flauiæ, *Portugall. oppidũ,* Chaues, *C. Cluſio.*

Aquæ Calidæ, *Cilinorũ, Hiſpaniæ oppidum,* Orenſe, *Ioſepho Moletio.*

Aquæ quintianæ *Ptol. Seburrorum in Hiſpania oppidum,* Aquecaldes, *Moletio.*

Arachotis, *Aſiæ regio,* Cheſimur, *Gerar. Merc.*

Araurius, *fluuius Gall. Narbon.,* Rauraris *Ptolem. & Straboni,* Aude, *Ioan. Poldo.*

Arar, *fluuius Galliæ Narbon. è Vogeſo monte per Hæduorum fines & Sequanorum in Rhodanum defluens, alio nomine* Araris La Saone, *Ioanne Poldo, & Marliano.*
Arauſio Secundanorum, *Galliæ Narbonẽſis oppidum.* Orange, *Poldo.*
Aræ Sextianæ, *alias* Turris Auguſti, & Lucus Auguſti, *Hiſpaniæ oppidũ*, Lugo, *Taraphæ.*
Aræ Solis *Ptol. Promontorium Hiſpaniæ, poſt Neriũ promontoriũ,* Cabo de Mongia, *Ioſepho Moletio.*
Araudis, *Luſitaniæ oppidum:* Torre Vedra, *Moletio.*
Araducta, *mediterraneum Luſitaniæ oppidum,* Lamarante. *Moletio.*
Araduca, *alias* Araducta, *vt in Regio Codice legi, ait Moletius, cùm deſit in Græco, Callaicorum in Hiſpania oppidum,* Arzua *Moletio.*
Arabia Felix, *Aſiæ Regio,* Aiman, *Caſtaldo.*
Aràbia Petraea, *Aſiæ Regio, Palæſtinæ contermina,* Barraab, *Zieglero.*
Arabicus Sinus, *Mare rubrum ab Europæis* Mar de Mecca *ab accolis, ab alijs* Bohar Corſun *(quod mare clauſum ſignificat) vocatur. I. Barros.*

Ara-

Arapotes *Plinio*, *aliꝭ* Maria & Marcotis, *Lacus Ægypti, incumbit Alexandriæ à plaga meridiana*, Buheira, *Zieglero*.

Arbonæ montes, *ad Danubij fontes*, Auf den Bar, *Tſchudus*.

Arbor Felix, *ad Brigantium lacum in Heluetijs*, Arbon, *Beato Rhenano*.

Arcena, & Arcenum, *Thuſciæ vrbs Mediterranea*, Braciano, *Leandro Alberto*.

Arcati, *Regia Sora, Aſiæ vrbs*, Biſnagar, *Iac. Caſtaldo*,

Arci, *vt habēt inſcriptiones, teſte Carolo Cluſio, oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis*, Hariza, *Car. Cluſio*.

Arcilacis *Ptolemæo, Hiſpaniæ oppidum*, Alcala horra, *Moletio. Item oppidum Baſtitanorum in Hiſpania mediterraneum*, Archiſana, *Ioſepho Moletio*.

Arcobriga, *vel* Arcobrica *Ptolemæo, Luſitaniæ oppidum*, Alcaſor, *Moletio. Itē Hiſpaniæ Tarraconenſis oppidū*, Arcon, *Moletio*, Arcoz, *Carolo Cluſio*.

Arduenna, *ſaltus Galliæ Belgicæ*, Lutticher VValdt, *Beato Rhenano*.

Arecomici *Plinio*, Arecomij *Ptolemæo, Nemauſienſium in Gallia Narbonenſi territorium*, Territoire de Niſmes, *I. Paldo*.

Arelata Sextanorũ, *Galliæ Narbonẽſis oppidum*, Arles, *Poldo.*

Arenacum, *Geldriæ oppidum*, Arnhem, *Petro Diueo, & Beato Rhenano.*

Aretium, *qui Plinio* Arutini veteres, Fidentiores, Iulienſes, *Thuſciæ vrbs mediterranea*, Arezo, *Iacobo Caſtaldo & Leonardo Aretino.*

Aredata, *Auſtriæ oppidum ad Danubium*, Lintz, *Chriſtophoro Pyramio, & Iacobo Caſtaldo.*

Aredata, *vel* Ara lapidea, *nunc Monaſteriũ.* Ardacher, *nomine, VVolfg. Lazio.*

Areuates, *vt ruinæ indicant, Portugall. populi prope Cluniam*, Marqueſia, *Carolo Cluſio.*

Argentarius *mõs Thuſciæ maritimæ*, Monte argentaro, *L. Alb.*

Argaricus *ſinus in Aſia*, Golfo di Bengala, *G. Merc.*

Argeſſa *olim, quæ nunc* Italia *dicitur, Authore Erythræo, ex interprete Lycophronis.*

Argirypa, *Italiæ vrbs*, Monte S. Angelo, *Erythræo in indice in Virgilium.*

Argolicus Sinus, *maris Ægæi*, Golfo de Napoli de Romania, *Sophiano.*

Argos, *oppidum Peloponneſi*, Argos, *Soph.*

Arge-

ſtaldo.

Aria, *Ptol. Aſiæ lacus*, Burgian, *Abraamo Ortelio.*

Arius *Ptol. Aſiæ fluuius*, Pulimalon, *Abr. Ortelio.*

Armoria, *quod idem eſt, ac ſi dicas*, Super mare, *quæ recẽti vocabulo Britannia dicitur*, Bretaigne, *Io. Lelan.*

Armenia maior, *Aſiæ regio*, Turcomania *Gerar. Mercatori, & Giraua.*

Armenia minor, *quæ &* Leucoſyria *Procopio, Aſiæ regio*, Anaduole, *Giraua.*

Arminius, *Hiſpaniæ mons*, Armino monte, *Car. Cluſio.*

Aromata, *Prom. Africæ*, Cabo de Guardafu, *G. Merc.*

Arpinum, *Hirpinorũ vrbs, in Samnitib.* Arpino, *L. Alb.*

Arrabo, *Hungariæ fluuius*, der Raeb, *Lazio.*

Arſia *Hiſtriæ fluuius*, Arſa, *L. Alb.*

Arſenaria Colonia, *Africæ vrbs*, Arſerum. *Iac. Caſt.*

Arſa, *Ptolemæo, Hiſpaniæ vrbs*, Arcaoz, *Moletio.*

Arſinoe, *&* Teuchira, *Africæ regionis opp.* Taocara, *Ger. Merc.*

Arſenaria, *Mauritaniæ vrbs*, Arzen, *Gerar. Merca-*

Mercatori,

Arſus, *Thraciæ fluuius*, Chiaurlic, *Bellonio.*

Arſuſſa, *Armeniæ palus*, Giocho, *Abr. Ort.*

Arthenifus, *Valētiæ Regni in Hiſpania opp.* Ataymus, *Car. Cluſio.*

Artigis, *Ptol. Hiſpaniæ oppidum*, Alhama, *Taraphæ.*

Artabrum, *aliâs* Nerium, *Hiſpaniæ promontorium*, Cabo finis terræ, *Taraphæ, & Cl. Aretio,*

Artobriga Minor, *quæ & Cenum vocatur, Germaniæ oppidum* Artzberg, *Auentino.*

Arucci, *vti teſtantur Inſcriptiones, Turdetanorum in Bætica oppidum*, Moron, *Carolo Cluſio.*

Arunda, *aliàs* Munda, *vti habent Inſcript. Hiſp. oppid. vbi Cæſar Pompei filiū victor in fugā vertit*, Ronda, *Car. Cluſio*, Mundecaram, *Cl. Aretio.*

Aſaborum *promontor. Arab. felicis*, Cabo Mochandan, *Barros.*

Aſarath, *Africæ fluuius:* Seſſis, *Iac. Caſtaldo.*

Aſama, *Africæ fluu.* Omirabi, *Iac. Caſtaldo.*

Aſculum, *Apuliæ Dauniæ oppidum*, Aſculo, *Leandro Alberto. Item opppidum Prætutinorum in Samnitibus*, Aſcolo, *Leandro Alberto.*

Aſci-

Aſciburgum *vel* Aſciburgium, *vicus infra Coloniam ad Rhenum, non longe à Veteribus Caſtris, ditionis Comitis Moerſenſis, vbi quondam fuit ampliſ. Vrbs eius nominis, quod teſtantur ruinæ & vetuſtatis monumenta ibi ſæpius inuenta atque terra eruta*, Asburg, *Huberto Thomæ Leodio, Beato verò Rhenano eſt opp. ditionis Môtenſis trans Rhenum*, Duisburg.

Aſia Minor, Natholia *Turcis, P. Bellonio.*

Aſine, *oppidum maritimum Peloponneſi, & ſcopuli prope Peloponneſum*, Phaneromini, *Sophiano. & Hugoni Fauol.*

Aſines, *vide* Aceſine.

Aſindum, *Hiſpaniæ oppidum*, Medina Sidona, *C. Cluſio quæ Moletio apud Ptolem. eſt* Aſyla.

Aſinarum, *Siciliæ fluuius.* Falconara, *Cl. Aretio, & Thomæ Fazello.*

Aſpis, *pars montis Atlantis, Strab.* Meies, *Aug. Curioni.*

Aſpis, *Africæ vrbs*, Quipia, *Iacobo Caſtald.*

Aſpauia, *Hiſpaniæ oppidum. ad Salſum fluu. prope Cordubam, forte*, Apea, *caſtillo cerca de Caſtro el Rio, nonnullis* caſtro el Rio, *Carolo Cluſio.*

Aſperum mare, *quod &* Sinus barbaricus *voca-*

vocatur Golfo de Melinde, *Abraamo Ortelio.*

Aſpitara, *Aſiæ vrbs*, Aſpicia, *Gerardo Mercatori.*

Aſsiſium *Ptol.* Eſiſium, *Catoni, Vmbriæ oppidum, cuius incolæ* Aſsiſinates, Aſciſi, *L. Alberto.*

Aſſum, *Troadis promontorium*, Santi Quaranta, *Sophiano.*

Aſsidona, *Hiſpaniæ vrbs, fortaſſis* Xeres de la frontera, *Car. Cluſio.*

Aſſo, *Ptolemæo Hiſpaniæ vrbs*, Oſſea, *Moletio.*

Aſſerum, *Siciliæ oppidum*, Azaro, *Cluſio Aretio.*

Aſſyria, *Aſiæ regio*, Sarch, *G. Merc.* Azimia *Girana.*

Atſa Colonia, *Lombardiæ Ciſpadanæ*, Aſti, *L. Alb.*

Aſta, *Hiſpaniæ oppidum Ptolemæo*, Xerea *Moletio.*

Aſtaboras, *Africæ fluuius:* Taccaſij, *Gerar. Mercatori*

Aſtacapra, *Aſiæ oppidum*, Campanir, *Iac. Caſtaldo.*

Aſtacenus Sinus, *Propõtidis* Golfo, di Nicomedie, *Bellonio.*

Aſte

Aſteria, *exigua Inſula prope Cephaleniam Inſulam,* Didaſcalio: *Sophiano.*

Aſtypalæa, *Inſula maris Ægæi,* Stampalia, *Sophiano.*

Aſturica, Aſturica Auguſta, *Ptol. regni Legionenſis in Hiſp. opp.* Aſtorga, *C. Cluſio, Taraphæ & Moletio.*

Aſtures, *Hiſpaniæ populi, quorum Regio iam vocatur* Aſturias, *Car. Cluſio.*

Aſtura, *flu. Latij, qui Strab.* Stura, *Plin.* Nympheus, Srora *L. Alberto.*

Aſtigi, *vti habet Inſcript. teſte Cluſio, Turdetanorum in Hiſpania oppidum, aliâs* Aſtir *et* Aſtygis, *quæ olim* Auguſta Firma & Aſtigitana colonia, *vt Taraph. ait,* Eçija, *Carolo Cluſio, Taraphæ, & Moletio.*

Aſyla, *vide* Aſindum.

Atalanta, *exigua Inſula prope Euboeam è regione Opuntiorum,* Talandi, *Sophiano.*

Atax, *fluuius Galliæ Narbonenſis:* Aude, *Carolo Cluſio.*

Atella, *alijs* Atellæ, *Cumanorum in Campania Felice oppidum:* Auerſa, *Leandro Alberto & Georgio Fabricio.*

Aternus *fluuius in Pelignis* Peſcara, *L. Alb.*

Ateſte, *Venetæ ditionis oppidum:* Eſte *caſtello, Leandro Alberto.*

P Athe-

Atheſis, *fluuius Venetorum*, Ladice, *Leandro Alberto. Item Rhetiæ fluuius:* Etſch, *Georgio Fabricio.*

Athenæ, *Graciæ nobiliſſima vrbs. ſola penè Philoſophorum quōdam alumna, iam tātùm ſunt caſulæ quædam piſcatorum:* Satines, *Sophiano & Hug. Fauolio.*

Atheſini, *Alpium incolæ:* Eſchlender, *Georgio Fabricio.*

Athiſo, *fluuius Lombardiæ Trāſpadanæ:* Toſa, *Leandro Alberto.*

Atlas, *Africæ mons:* Adderis, *Nouoforenſis.*

Atlas maior *Ptolemæo mons ſatis notus:* Hanchiſa *Cæl. Aug. Cur.*

Atlantis maioris *prom. Africæ ad Oceanum Atlanticū:* Cabo d' Alguer, *Ger. Merc.*

Atlantis inſula *Platonis: forte* America, *Gerardo Mercatori.*

Athos, *Macedoniæ mons:* Monte ſancto, *Sophiano.*

Atrebatès, *Galliæ Belgicæ populi:* Artois, *Chriſtophoro Pyramio.*

Attalia, *Pamphiliæ oppidum:* Satalia, *Sophiano, & Gerardo Mercatori.*

Attaca, *Hiſpaniæ Tarracon. oppidum:* Ateca, *Carolo Cluſio.*

Attacum *Ptol. Hiſpaniæ oppidum:* Alagon, *Mo-*

Moletio.

Atys, *Siciliæ fluuius in tractu verſus meridię:* Carabi, *Tho. Fazello.*

Athyras, *Thraciæ fluuius:* Athyra, *Sophiano:*

Aualonia, *vrbs Albionis Inſul.* Inis Aualon *Britãnicè*, Inis VVitrin; *Saxonicè, Ioanni Lelando in Arturo ſuo.*

Auaricum, *opp. in finibus Biturigum:* Viarons, *Marliano:* Bourges, *I. Chalameo.*

Auarum *Ptol. Hiſpaniæ promont.* C. de Viano, *Moletio:*

Auca, *quæ alias* Brauum *&* Masburgi *Moletio & Ptol. Hiſpan. celebris ciuitas*, Burgos, *Taraphæ, & Moletio.*

Auenio *Cauarum, Gall. Narbon. oppidum:* Auignon. *Ioanni Poldo.*

Auernus, *Campaniæ lacus*; Lago di Tripergola, *Georgio Fabricio.*

Auenticum, *Heluetiorum oppidum:* VViefelsburg, *B. Rhen.* Auenche, *Marliano.*

Aufidus, *Apuliæ Peucetiæ fluuius:* Lofanto *Leandro Alberto:*

Auguſta Vacienorum, *ſeu* Bacienorum, *Lombardiæ Ciſpadanæ ciuitas:* Baſſignana, *Leandro Alberto.*

Augſta prætoria, *Salaſſorum Lomb. Tranſpadanæ vrbs:* Oſta, *Leandro Alberto.*

Auguſta Taurinorum, *Lombardiæ Tranſpadanæ oppidum:* Turino, *L. Alberto.*

Auguſta Tricaſtinorum, *Galliæ Narbonenſis oppidum,* Aymargues, *Io. Poldo.*

Auguſta Rauricorum, *pagus prope Baſileam:* Augſt *B. Rhenano.*

Auguſta Veromanduorum, *Galliæ Belgicæ opp.* Sant Quintin, *Iac. Marchantio.*

Auguſtobriga, *uti habent Inſcriptiones, locus circa Tagum fluuium, in Hiſp.* Villar de pedroſo. *Car. Cluſio.* Medina cæli, *Moletio.*

Auguſta Valeria, *aliâs* Setabis, *Hiſpa. urbs* Xatiua, *Taraphæ.*

Auguſta Emerita, *aliâs* Forum Egurrorum, *Hiſp. urbs:* Medina de rio ſeco, *Taraphæ.* Merida, *Moletio.*

Auguſta Noua, *aliâs* Porta Auguſta, *Hiſp. urbs:* Torquemada, *Taraphæ & Molet.*

Auguſta Bracchara, *Callaicorum metropolis,* Braga, *Taraphæ.*

Augſta Acilia, *urbs ad Danub.* Straubing, *Auentino; & idem alio in loco dicit eſſe extra Straubingam, eam quæ nunc vocatur* Azaldurg.

Auguſtam Firmam, *vide* Aſtigam.

Auguſta Tiberij, *urbs Germaniæ ad Danubium:*

bium: Regenſburg, *Auentino.*

Auguſta Vindelicorum, *Germaniæ vrbs, quam Auentinus dicit iam non exſtare: fuiſſe autem proximè* VVolfraetzhauzen *vicum & Arcem ad pontes Scaphoneos, quos vulgò* Scaftlaren *vocant, Auentino. Alÿs verò eſt* Augsburg.

Auguſtodunum, *Burgundiæ oppidum* Autun, *I. Rhellicano.*

Auia, *Hiſpaniæ oppidum, Ptolemæo, Græcus & Regius codex, teſte Moletio, habet* Liuia Villalolon, *Moletio.*

Aulon, *Macedoniæ maritimum oppidum ad ſinum Hadriaticum:* Velona, *Sophiano, et Hugoni Fauolio.*

Aurea Cherſoneſus, *Aſiæ regio:* Malaca, *Ia. Caſtaldo & Barros:* Iapan inſ. *Gerardo Mercatori.*

Aureatũ, *Germ. opp.* Aychſtadt, *Bruſchius.*

Aurelij Vicus, *Volaterrano*, Biraçellum *Ptol. oppidum Thuſchiæ*, Vicarello, *Leandro Alberto.*

Aureus, *mons Hungariæ*, Machecgk, *Hungaricè, Lazio.*

Aurigda, *Pentapalis Africæ regionis oppidum,* Zadra, *Gerardo Mercatori.*

Aurigia, *Bæticæ oppidum in Hiſp.* Ariona, *C. Clu-*

Gerar. Merc.

Axilis, *Marmaricæ oppidum*, Forzeli, *Gerardo Mercatori.*

Axona, *Belgiæ fl. in Rhemorum finibus*, La Diſne, *Marliano.* Ayne, *Rob. Cœnali.*

Azylia, *Epeiri, oppidum maritimum*, Natalico, *Sophiano.*

B

Babylon, *Ægypti maxima & vetuſtiſſima vrbs: Italicè* Cairo, *Arabicè* Mazar, *aut* Mizir, *Armenicè* Maſſar, *Chaldaicè* Alcdabir, *Hebraicè* Meſram, *Anonimo cuidã G. Mercatori quoque eſt* Cairo.

Babylon, *Aſſyriæ vrbs, cũ ſacris Biblijs, tum omnibus fermè hiſtorijs nota & celebris.*

Baldach, *Iac. Caſtaldo.* Bagadad, *Barros.*

Bacenis, *vide Martiana ſilua.*

Bacunſius, *Hungariæ fluu.*: Bozvvtha, *Laz.*

Badonius, *mons Albionis Inſulæ: Ptol.* Thermæ, *Antonino* Aquæ Solis Cairbado, *Britannicè, Ioanni Lelando.*

Bætis, *Hiſpan. fluuius, qui &* Tarteſſus *vocatur, oritur in ſaltu Tygenſi: Straboni verò, vt Cluſius habet, ex Orpeda monte, iam vocatur* Guadalqueuir, *C. Cluſio, & Tar.*

Bagrada *Africæ fluuius*: Megradá *Iac. Caſtaldo. Item Perſiæ flu.* Bintmir, *aut* Budmir,

mir, *Nic. Nicolao.*

Baiæ, *Cumanorum oppidum in Italia,* Baia, *L. Alberto.*

Balcares, *vel* Balearides, *item* Gymneſiæ, *inſ. maris mediterr.* Mallorca & Minorca. *G. Merc. & Taraphæ.*

Balticum, *mare Xenop.* Morimoruſa *Philem. hodie* Sueuicū *mare, Germani* Ooſtzee, *Rhuteni* VVareezkouic morie *appellant, Ger. Merc.*

Balantipyrgum, *Aſiæ oppidum,* Capilāba, *Gerardo Mercatori.*

Baliſta, *mons Lomb. Ciſpadanæ Liuio,* Valeſtra *monte, Leand. Alberto.*

Bancona, *Germ. opp. ad Rhenum,* Oppenheym, *Fabricio.*

Barcinon, *Hiſpaniæ vrbs,* Barcelona *Taraphæ & C. Cluſio.*

Barbarum, *Hiſpaniæ promontorium,* Cabo de Spichel, *Taraphæ, & Car. Cluſio.*

Bardulia, *Hiſpaniæ ciuitas,* Caſtilla la vieia, *C. Cluſio.*

Barbari, *Aſiæ vrbs,* Bermet, *Iac. Caſtaldo.*

Barigaſa, *Aſiæ vrbs,* Bacam, *Caſtaldo.*

Baracura, *Aſiæ oppidum* Bacala, *Caſtaldo.*

Barathiæ, *Africæ oppidum,* Brata, *Caſtaldo.*

Baruſſæ, *maris Eoi Inſula,* Mindanao, Cailon,

Ion, Subut, *cum reliquis duabus Circium verſus*, *Ger. Merc.*

Barace, *Aſiæ inſula*, Bazaim, *Gerard. Merc.*

Barium, *maritima Apuliæ Peucetiæ vrbs*, Barri, *L. Alb.*

Barra *Plin.*, *Lomb. Tranſpadanæ ciuitas*, Barian, *caſtello Leandro Alberto.*

Baraca, *Inſula ad oſtiũ Indi fluu.*, Diu, *Alph. Adriano.*

Barbaricus Sinus, *qui & aſperum mare dicitur*, Golfo de Melinde, *Abr. Ortelio.*

Baſtetani, *Hiſpaniæ populi, qui alias* Turdetani & Turduli *vocantur, horũ regiò nũc vocatur* Andaluzia, *Car. Cluſio.*

Baſtetania. *Hiſpa. ciuitas*, Baca, *Car. Cluſio.*

Batauodurum, *Germaniæ inferioris oppidũ*, Durſteden, *Petro Diuæo*, VVyck te Durſteden, *B. Rhenano.*

Batrachus, *Marmaricæ oppidum*, Trabùco *G. Mercatori.*

Bataui *pars Cattorum*, Betouvver, *B. Rhenano.* Hollandt *alijs.*

Batan Cæſarea, *Aſiæ vrbs*, Baicudel, *Iacobo Caſtaldo.*

Batis, *Siciliæ Septẽtrionalis fluuius*, Iati, *Thomæ Fazello.*

Bautiſus, *Aſiæ fluuius*, Quiam, *Ger. Merc.*

Bazacata, *Aſiatica Inſula:* Baſſe, *I. Caſtaldo.*
Belon, *Hiſp. vrbs:* Brabate, *Car. Cluſio.*
Belbina, *Inſulæ ſinus Argolici, è regiõe Athenis:* Blenda, *Nicolao Sophiano, & Hugoni Fauolio.*
Bellouaci, *opp. in Prouinciæ Rhemenſi:* Beau uoiſin, *Marliano.*
Bellunum *Plinio, Carnorum oppidum:* Belluno, *Leandro Alberto.*
Benni, *prope Monacum Boiariæ:* Purlacherheyd, *Chriſtophoro Pyramio.*
Beneuentum, *quod olim* Maleuentum, *oppidum Hirpinorum, in Samnitibus:* Beneuenti, *Leandro Alberto.*
Benacus, *Lõbardiæ Tranſpadanæ lacus:* Lago di Garda, *Leandro Alberto.*
Benacum, *Lombardiæ Tranſpadanæ pagus:* Tuſculano, *Leandro Alberto.*
Bepirus, *Aſiæ opp.* Bonpruo, *Ger. Merc.*
Berenice, *vrbs Africæ:* Benich, *Iacobo Caſtaldo. Item Ægypti oppidum, ad ſinum Arabicum:* Choſair, *Zieglero.*
Bergomum, *Lombardiæ tranſpadanæ oppidum:* Bergamo, *Leandro Alberto.*
Berinſona, *aliàs,* caſtrum Belincionis *Diacono, vrbs Lombardiæ Tranſpadanæ:* Belinzona, *Leandro Alberto.*

Bergu-

Bergulę, *Thraciæ vrbs*: Bergas, *Ger. Merc.*
Berroca, *Syriæ vrbs*: Haleppo, *Pet. Gyllio.*
Berroca, *Macedoniæ vrbs mediterran.* Veria, *Nicol. Sophiano.*
Besbicus, *Propontidis Inſula*: Calomio, *G. Mercatori, & Bellonio.*
Betaſij, *Brabantiæ populi*: die Peelanders, *Beato Rhenano.*
Betulona *Hiſpaniæ vrbs*; Badelona, *Taraphæ.*
Bethulus, *itē* Betholon *Ptolemæo*, Betolo *Melæ, Hiſpaniæ fluuius*: Beſon, *Tara.*
Bianorum, *Hetruriæ oppid.*: Pianora, *Geor. Fabricio.*
Bibrax, *Rhemorum oppidum, quatuor Gallicis milliaribus à Sueſſionibus diſtans*: Braine, *Hub. Tho. Leódio*, bray, *en la Conte de Rhetel, Carolo Stephano.*
Biberiacum. *Suetonio, Lōbardiæ Tranſpad. oppidum*: Labina *caſtello, Leandro.*
Bidaium, *Auſtriæ opp.* Dietmaining, *Laz.*
Bidis, *Siciliæ vrbs*: Bigenis, *Cl. Aretio.*
Bigerra, *vt habent inſcriptiones, teſte Cluſio, vrbs Regni Valentiani*: Villena, *C. Cluſio.*
Bingium, *Germaniæ oppidum ad Rhenum*: Bing, *Beato Rhenano.*
Bilbilis, *Hiſpaniæ Tarraconenſis ad Salonem flu.*

flu.oppidum, Martialis Poëtæ patria, quæ Ptol. Bilbis *vocatur*, Calataiud, *Taraphæ, Moletio, & Cæl. Auguſtino, Cluſius ait quibuſdam ſic vocari.*

Bilbilis, *Hiſpan. in Bætica vrbs*, Billena, *C. Cluſio.*

Biracellum, *vide* Aurelij vicus.

Biſtritia, *Vngariæ opp.*, Beſtercze *Hungaricè*, Nœſn *Germanicè, Sambuco.*

Biſtonis, *lacus in Thracia*, Poru, *Sophiano.* Borun, *Bell.*

Bithynia & Pontus *Aſiæ Minoris*, Burſia, *Girana.*

Biturgium, *Turingiæ vrbs*, Bicurgium *Ptol. vocatur, omnium Germaniæ vrbium hodie maxima cenſetur*, Erfurdt, *Pyramio.*

Bityla, *Peloponn. in Laconia opp.* Vitulo, *Sophiano.* Brōdegui, *Moletio.*

Blere, *Thuſciæ mediterranea vrbs*, Bieda, *L. Alberto.*

